

CAPUT IV.

Quae excusent a transgressione Praecepti.

DUBIUM I.

An Ignorantia excusat.

168. An ignorantia invincibilis excusat. — 169. An ignorantia excusat a poena annexa legi. — 170. DISSERTATIO, in qua ostenditur, dari ignorantiam invincibilem in nonnullis ad naturalem legem spectantibus. (Usque ad n. 175).

Sola ignorantia invincibilis excusat.

168. — « Resp. Si sit invincibilis, excusat; quia nemo peccat, nisi actu voluntario: hic autem cognitionem praesupponit. — Si autem sit vincibilis et culpabilis, non excusat; qualis est, cum poteras et tenebaris scire aut discere, et in mentem veniebat dubitare, nec studiasti intelligere. S. Augustinus, S. Thomas, Sanchez¹ et caeteri communiter, contra Palaum².

« Unde resolvitur:

« 1°. Si quis die jejunii, nihil cogitans de pracepto, coenet aut carnes comedat, non peccat. Similiter in aliis, ut si occidas hominem, putans esse feram. — Bonacina³.

« 2°. Si in aliqua re tantum advertas malitiam unius generis, illam solam contrahis; ut v.gr., si quis cognoscat foeminam, quam scit non esse suam, ignorat autem esse consanguineam, is fornicationem tantum vel adulterium committit, non incestum. — Laymann⁴, Bonacina⁵.

169. — Quaeritur inde: an ignorantia excusat a poena legi annexa?

S. August., de Libero arbitri, lib. 3, cap. 19. - S. Thom., 1^o 2^o, qu. 76, art. 8. — 1 Decal., lib. 1, cap. 16, n. 9 et seqq. — 2 Disp. 2, de Peccat., qu. 8, punct. 3, n. 27 et 34.

168. — a) Palaus, quidquid dicat Busenbaum, non est contra doctrinam ceterorum; quin immo idem tenet ac ceteri, scribens tr. 2, disp. 1, punct. 15, n. 5: « Mihi... magis probatur, ad ignorantiam invincibilem et culpabilem non sufficere te ex statu vel officio obli-

Respondetur ex Laymann⁴, quod qui ignorat inculpabler legem, excusatur a culpa et ab illius poena. E converso, qui scit legem, sed ignorat poenam illi adnexam, minime excusatur a poena. Ita Laymann cum communi. — Excipitur 1^o. Si poena sit gravissima, excedens meritum criminis. 2^o. Si sit censura ecclesiastica, quam ignorantes non incurvant, nisi ignorantia sit crassa seu culpabilis; ut docet Laymann⁵ cum communi. Et constat ex cap. 2, de constit., in 6^o.

Idem autem efficit ignorantia, quam oblivio legis. Laymann⁶. Ratio est, quia ad incurrendam censuram requiritur contumacia, sive virtualis contemptus legis.

— Vide Lib. VII, n. 47.

Immo, si censura sit indicta praesumentibus, sive temere, consulto, aut scienter peccantibus; tunc excusat ignorantia etiam crassa, non autem affectata (quae adest, cum quis studiose negligit scire legem, ut liberius agat); quia haec scientiae aequiparatur. — Ita Laymann⁷ et alii; sed vide Lib. VII, n. 48.

— 3 Loc. cit., n. 24. — 4 Lib. 1, tr. 4, cap. 20, n. 1. — Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 20, n. 6. — 5 Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 5, n. 7. — 6 Loc. cit. — 7 Loc. cit., n. 8.

gatum esse, nisi aliqua cognitio, dubitatio vel scrupulus sit de tali obligatione, quia usque dum talis dubitatio sit, voluntaria esse non potest illius advertendi omissio».

b) Laymann, loc. cit., tr. 2, cap. 4, n. 6, hoc silentio praetermittit.

Ignorari nequeunt quae scri debent et possunt.

Ignorans solam poenam, incurrit eam.

Exceptiones.

Ignorari nequeunt prima principia.

Nec conclusiones immediatae.

Neque ea quae sunt proprii statutus.

170. — Exploratae jam veritatis est, invincibilem ignorantiam dari non posse in rebus iis, quas homo scire potest et tenetur. Cum itaque quod scire tenetur ignorat, et ignorantiam versa vice studio superare potest (ut verbis utar D. Thomas¹), a culpa liberari neutquam potest. Quaenam vero nos scire tenemur, tradit Angelicus², cuius haec sunt verba: *Omnes tenentur scire communiter ea quae sunt fidei, et universalia juris praecepta; singuli autem, ea quae ad eorum statum vel officium spectant.*

Eapropter, ubi de naturali jure sermifit, palam est, invincibilem ignorantiam in *primis ipsius principiis* dari non posse; quo pacto sunt: *Deus est colendus. Quod tibi non vis, alteri ne feceris.* — Ita etiam dicimus, neque *immediatas* ab ipsis erutas *conclusiones*, seu proxime *praeferatis principiis* connexas et cohaerentes, invincibiliter posse ignorari; quemadmodum certe sunt decalogi *praecepta*. — Porro insuper affirmamus, quod istiusmodi ignorantia invincibilis ne in obligationibus quidem datur, quae ad *proprium statum vel officium* pertinent. Quandoquidem qui cuipiam statui se mancipat, ex. gr. ecclesiastico vel religioso, vel qui aliquod munus suscipit obeundum, veluti *judicis, medici, confessarii*, aut id genus munus aliud, tenetur illius status aut officii obligationes callere, vel in iis instrui; et qui eas

¹ 1^o 2^o, qu. 76, art. 2, corp. — ² Loc. cit. — ³ De Peccat., cap. 4, qu. 3, vers. *Objicies et vers. Dices.* — Silvius, in 1^o 2^o, qu. 76, art. 3, qu. 3, concl. 2. — Suan., de Censur., art. 2.

170. — a) Quamvis de virtuali aut interpretativa advertentia non loquantur Habert et Collet, habent tamen doctrinam, quam ipsis tribuit S. Alphonsus; scribit enim Habert in tract. de Actib. human., cap. 1, § 3, qu. 5: « Si quis... munus temere suscipiat, nec scientiam ad illud exercendum necessariam comparare possit, ignorantia illius non censemur invincibilis». — Collet autem (qui fuit continuator Tournely) in suis *Institution. de Peccat.*, part. 1, cap. 2, art. 2, sect. 1, dicit: « Peccant... mortaliter judices, advocati, confessarii,

ignorat, negligens instrui, aut ob timorem ne deinceps teneatur eas observare, aut ob voluntariam negligentiam, ejus ignorantia culpabilis semper erit, atque omnes errores quos tali negligentia deinde patraverit, omnes culpabiles erunt, etiam si in iis patrandis actualem eorum malitiae advertentiam non habeat. Siquidem ad hoc ut culpabiles sint, virtualis advertentia satis est, seu interpretativa (ut alii loquuntur), quam initio habuit, cum proprias obligationes scire neglexit; ut sapienter et communiter docent Habert^a, Collet, Continuator Tournely^a, Antoine^a aliqui, divo Thoma duce, juxta quod superius praenotatum est, et pro eo, quod expressius idem S. Doctor^b ad hanc rem apposite dicit, ubi docet excusari non posse judicem illum, qui in sententia renda errat, propterea quod leges ignorant, quas didicisse tenebatur.

Dixi: *communiter*; quia, licet alii multi doctores, ut Silvius, Suarez, Gamacheus, Ysambertus, videantur pro singulis peccatis actualem advertentiam postulare, saltem quando cujusque peccati causa ponitur; tamen omnes, nemine discrepante, consentiunt, satis esse, ut culpabiles futuri errores fiant, advertentiam illam, quam initio habet homo, cum statum quempiam assumit aut aliquod munus suscipit, de obligatione sese peritum reddendi, si peritus non sit, in iis quae

Advertentia initio habita satis est.

disp. 4, sect. 8, n. 18. — Gamach., in 1^o 2^o, qu. 74, cap. 3, vers. *Tertio objicitur.* — Ysamb., in 1^o 2^o, qu. 74, disp. 5, art. 2.

superiores, medici, opifices, etc., qui ex gravi, licet non omnium maxima, negligentia, scientia sibi necessaria destituti sunt».

b) S. Thomas, de Verit., qu. 17, de Conscient., art. 4, ad 3, loquitur de eo qui ex errore legem Dei transgreditur, et ait: « In ipso errore peccatum erat, cum contingenter ex ignorantia ejus quod scire debebat; et in resp. ad 5, de reo qui ad judicium deferatur: « Apud judicem saecularem (inquit) non excusatur, qui ignorantiam juris quod scire debet allegat».

agere debet, et in quibus necesse est versari ratione muneris, et hoc non obstante negligit: quia tunc in confuso saltem errores praevidet, quos non informatus et instructus admittere poterit, et cavere non curat. — Si vero quis in suo munere sufficienter antea curaverit instrui, et nihilominus in re quapiam erraverit, quae munus suum respiciat aut statum, non ob negligentiam, sed ob invincibilem ignorantiam vel invincibilem inadvertentiam, ab omni prorsus culpa utique liber esset, ut mox docebimus.

Certum igitur est, quod in primis juris naturalis principiis, aequo ac in proximis conclusionibus, et certis obligatiōnibus proprii status, non datur invincibilis ignorantia, quia lumine ipso naturae, talia omnibus nota sunt, praeterquam illis qui oculos claudunt ne ea videant. — Et de his nimirum loquitur D. Thomas¹⁾: *Ad legem naturalem pertinente primo quidem quaedam praecepta communissima, quae sunt omnibus nota; quaedam autem secundaria praecepta, magis propria, quae sunt quasi conclusiones propinquae principiis.* Et affirmat utramque ignorari non posse, nisi ex passione vel ex ignorantia culpabili^{c)}; quoniam, sicuti docet Pater Suarez: *Natura ipsa et conscientia ita pulsat in actibus eorum, ut non permittat inculpabiliter ignorari*^{d)}.

Conclusio-
nes media-
tæ et obscu-
rae ignora-
ri possunt.

S. Thomas.

171. - Contra vero, unanimis theologorum sententia est, tum probabilistarum, tum antiprobabilistarum, *in conclusionibus mediatis et obscuris*, seu remotis a principiis, utique dari et admitti debere ignorantiam invincibilem. — Ita docet idem S. Thomas², qui statuit dupliciter ignorantiam esse voluntariam et culpabilem: vel directe, sicut cum aliquis studiose vult nescire aliqua, ut liberius peccet; vel indirecte, sicut cum aliquis, propter laborem vel propter alias occupationes negligibilis, excusatque a culpa, prout in sua natura esset: sapienter advertente Joanne a S. Thoma⁴, illa verba *scire potest intelligi non remote, sed proxime et expedite, ita ut omissio debitae diligentiae in veritate requirenda sit proprie volita: Illud axioma: Qui potest et tenuit, et non facit, peccat; intelligi... de eo qui potest proxime et expedite, non remote tantum et impedit, quia (ut supra diximus) omissio, ut sit voluntaria, debet... procedere ab ipsa voluntate.*

¹ 1a 2^{ac}, qu. 94, art. 6, corp. - *Suar.*, de Legib., lib. 2, cap. 8, n. 7. — ² 1a 2^{ac}, qu. 76, art. 3, corp. — ³ Quodlib. 8,

c) Quo distinctius S. Thomae sententia cognoscatur, dicendum est priora principia deleri non posse, nisi in particulari, propter aliquam passionem: secundaria vero bene posse deleri, vel propter malas persuasions,

vel propter pravas consuetudines et habitus corruptos.

a) Suarez haec scribit de particularibus praecepsis, « quae vel per se nota sunt, vel facilime ex per se notis colliguntur ».

S. Anto-
ninus.

Itidem D. Antoninus aperte monet, in conclusionibus remotis quidem dari ignorantiam invincibilem, sic inquiens¹: *Et si diceretur hic esse usuram, et usura est contra decalogum. Respondetur...; sed hunc contractum esse usurarium, non est clarum, cum sapientes contraria sibi invicem in hujusmodi sentiant. Cum autem dicitur ignorantia juris naturalis non excusare, intelligitur de his quae expresse, per se vel reductive, sunt contra jus naturale et divinum, ut contra fidem et praecepta, per evidentes rationes, vel determinationem Ecclesiae, vel... sententiam communem doctorum; et non de his, quae per multa media, et non clara, probantur esse contra praecepta et articulos.*

Habert.

Idem tuerit Habert, dicens²: *Circa conclusiones remotiores juris naturalis, quales sunt prohibitio usurae, uxorum pluralitas, matrimonii indissolubilitas, etiam interveniente aliqua gravi causa, etc., potest esse ignorantia invincibilis; quia non deducuntur ex primis principiis, nisi longiori discursu.* — Et Gersonio³, qui scripsit: *Concors est sententia, nullam in his quae legis divinae sunt, cadere ignorantiam invincibilem,* respondet, id dici et affirmari quoad prima principia et primarias conclusiones; secus vero, quoad remotiores conclusiones. Immo addit, quandoque adhuc ipsas primarias conclusiones, quibusdam in circumstantiis, invincibiliter ignorari posse; ex. gr., si quis sibi persuadeat, errore deceptus, quod teneatur mentiri ut proximum a morte vindicet.

piis, longiori implexoque discursu, quem rudes quamplurimi... efformare nequam valent. Idque comprobat cum D. Thoma⁴, ubi dicit: *Quaedam vero sunt, quae subtiliori consideratione rationis a sapientioribus judicantur esse observanda: et ista sic sunt de lege naturae, ut tamen indigeant disciplina, qua minores a sapientibus instruantur.* Quocirca concludit Pater Berti, rudem hominem, si in hoc negligens non sit, non esse condemnandum. — Et ne peritum quidem esse damnandum, subjungo, si ex ignorantia invincibili operetur; quoniam nullus reperitur, doctissimus licet sit, qui judicare sciat de cunctis obscuris rebus ad jus naturale pertinentibus, juxta inconcussam veritatem; nam eadem veritas, ut ait D. Thomas⁵ non est omnibus aequa nota: *Sed*

Joannes Baptista Duhamel non absimiliter nos certiores facit⁴, sic scribens: *Quod autem ex eo jure, necessario quidem, sed non ita manifeste deducitur, ut forte simplex fornicatio aut polygamia et alia hujus generis, invincibiliter ignorari posse probabile videtur, adeo ut nulla vel levi suspicione... ea esse prohibita his in mentem venerit... Ac licet ea vitia ex pec-*

¹ Part. 2, tit. 1, cap. 11, § 28. — ² Tr. de Actib. hum., cap. 1, § 3, qu. 10, resp. 2. — ³ De Vita spirit., lect. 4, coroll. 3, p. m. — ⁴ Theol. specul. et pract., tr. de Actib. hum. lib. 2, diss. 3, cap. 5, vers. 4d, loccun. — ⁵ De theol.

catis libere admissis oriantur, ac proinde voluntaria videantur, et in ea ratione ignorantia sit poena peccati: hinc tamen non sequitur, ea esse omnino voluntaria, cum ex iis peccatis sequitura mala praevisa non fuerint.

⁵ Laurentius Berti, *De rebus publicis*, p. 10.

tentiam, sic scribendo, defendit: *Verissimam tamen puto sententiam oppositam; et circa consequentias juris naturae remotissimas, censeo ignorantiam invincibilem esse admittendam... Illam tenent omnes fere Aegidiani ac Thomistae nec non Silvius..., L'Herminier... aliquique communiter; cuius assertionis haec videtur ratio apertissima, quod conclusiones juris naturae remotiores deducuntur ex princi-*

piis, longiori implexoque discursu, quem rudes quam plurimi... efformare nequaquam valent. Idque comprobat cum D. Thoma⁶, ubi dicit: Quaedam vero sunt, quae subtiliori consideratione rationis a sapientioribus judicantur esse observanda: et ista sic sunt de lege naturae, ut tamen indigeant disciplina, qua minores a sapientibus instruantur. Quocirca concludit Pater Berti, rudem hominem, si in hoc negligens non sit, non esse condemnandum. — Et ne peritum quidem esse damnandum, subjungo, si ex ignorantia invincibili operetur; quoniam nullus reperitur, doctissimus licet sit, qui judicare sciat de cunctis obscuris rebus ad jus naturale pertinentibus, juxta inconcussam veritatem; nam eadem veritas, ut ait D. Thomas⁷ non est omnibus aequa nota: Sed quantum ad proprias conclusiones rationis practicae, nec est eadem veritas, seu rectitudo apud omnes; nec etiam apud quos est eadem, est aequaliter nota.

Idem habet Pater Gonet⁸, ubi loquens de praeceptis remotis a primis principiis, dicit: *Potest dari de illis ignorantia invincibilis, et excusans a peccato.* Et de eadem sententia loquens, ait^{a)} contrariam

Disciplin., lib. 21, cap. 10, propos. 2, vers. *Verissimam*. — ⁶ 1^a 2^{ac}, qu. 100, art. 1, corp. — *Berti*, loc. cit., vers. *S. Thomas*. — ⁷ 1^a 2^{ac}, qu. 94, art. 4, corp. — ⁸ *Manual*, tr. 6, can. 3, § 4.

sert. de opin. probab., n. 258: «Certum tamen et indubitatum est apud theologos» dari ejusmodi ignorantiam. In decima vero edi-

esse singularem, paucorum et improbabilem.

Collet.

Idem habet Petrus Collet¹, Continuator Tournely, hisce verbis: *Non datur ignorantia invincibilis juris naturalis, quoad prima principia et proximas eorum conclusiones; datur vero, quoad conclusiones magis remotas.*

Antoine.

Idem quoque Pater Antoine², dicens: *Datur in aliquibus ignorantia invincibilis circa quaedam praecepta particularia juris naturalis valde abstrusa, et remota a principiis: est communis sententia...; quia, cum aliqua praecepta sint valde abstrusa, et remota a primis principiis, a quibus sine longo ac difficulti discursu deduci nequeunt, facile ignorari possunt invincibiliter.* — Et insuper refert, anno 1685, die 8 Augusti, Romae, inter varios articulos, tertium sequentem articulum fuisse damnatum: *Nullam admittimus ignorantiam invincibilem juris naturae in ullo homine, dum hic et nunc contra jus naturae agit.*

Arrisit mihi fuse et distincte horum, quos retuli, auctorum referre verba, quia sunt antiprobabilistae. — Caeterum innumeri pene sunt alii, qui veluti certam eamdem vindicant sententiam; uti Silvius, Sotus, Gamachaeus, Ysambertus³, card. Aguirre, Wigandt, Cuniliati, Salmantenses Scholastici et Morales; quibus

Alii doctores.

¹ Institution., de actib. hum., cap. 1, artic. 1, sect. 2, concl. 4. — ² De Peccat., cap. 4, qu. 6, resp. 2. — ³ Silvius, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 76, art. 3, quaer. 2. — ⁴ Sotus, de Just. et Jure, lib. 1, qu. 4, art. 4, concl. 2. — ⁵ Gamach., in 1^{am} 2^{ae}, qu. 94, cap. 3, concl. 2. — ⁶ Aguirre, Theol. S. Anselmi, tr. 1, disp. 5, num. 26. — Wigandt, tr. 6, exam. 2, n. 17. — Cuniliat., tr. 1, cap. 2, § 3, n. 14, v. f. — ⁷ Salmant. Scholast., tr. 13, disp. 13, n. 15. — ⁸ Moral., tr. 11, cap. 1, n. 26 et 27. — ⁹ Asor, part. 1, lib. 1, cap. 13, quaer. 1. — ¹⁰ Suar., de Legib., lib. 2, cap. 8, n. 7. — ¹¹ Tapia, lib. 4, qu. 2, artic. 5, n. 3. — ¹² Prado, cap. 2, qu. 12, n. 22 et seqq. — ¹³ Vasq., in 1^{am} 2^{ae}, disp. 122, cap. 2, vers. ¹⁴ Tertium est. — ¹⁵ Croix, lib. 1, n. 720. — ¹⁶ Duval., in 1^{am} 2^{ae}, de Peccatis, qu. 7, art. 3, v. f., vers. ¹⁷ Caeterum si de aliis. — ¹⁸ Barthol. Medina, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 76, art. 2, vers. ¹⁹ De rebus agendis... ²⁰ Tertia conclusio. — ²¹ Malder., in 1^{am} 2^{ae}, qu. 6, art. 8. § De invincibili ignorantia, qu. 4, ²² Dico 4^o. — ²³ Torni, in 2, dist. 22, § 15. — ²⁴ Beaumont, Instruct. pastor. 28 Octobr. 1763, part. 3, n. 38, v. f., sub 1.

tione, *ibid.*, n. 205, ait dumtaxat: plures theologos id docere.

¹⁰ Apud Ysambertum sententiam istam reperire nequivi.

¹¹ Haec S. Anselmi allegatio videtur significare opus jam supra citatum cardinalis de Aguirre, cui titulus est: *Theologia S. Anselmi.*

¹² Verba haec sunt Julii Torni, qui sic mentem Cajetani explanat. Et re quidem vera, Cajetanus, in *Summa*, v. *Opinionis usus*, assent quandoque contingere, ut qui ex errore peccant, a peccato excusentur, « credentes, absque formidine alterius partis, viris probis

omnibus adhaerent D. Anselmus¹⁰, Azorius, Suarez, Tapia, Prado, Vasquez, Lacroix, Duvallius, Medina, Malderus et alii.

Neque in aliam sententiam ivit doctissimus praesul Julius Torni in suis notis in Estium, ubi scripsit, ejusdem fuisse sententiae Cajetanum (quem perperam pro se stare facit Contensonius), cum hisce conceptis terminis scripserit Cajetanus: *Hominem, facientem quantum in se est, in opinionum delectu a divina bonitate excusari, si veritatem non assequutus, a recta deflectat morum regula; non exigit, ait, Deus ab homine plus quam conditio hominis habet¹¹.* — Prorsus idem nuperrime scriptum reliquit archiepiscopus Parisiensis Beaumont, in sua pastorali catechesi, cuius verba gallico sermone conscripta, sic latine reddita afferuntur: *Licet invincibiliter ignorari non possint juris naturalis principia eorumque proximae conclusiones; nihilominus tamen eorum obscuriores remotioresque consequentiae possunt esse, et saepe sunt invincibilis ignorantiae materia. Hoc punctum, cunctis in verbis, simul congregat celebriorum theologorum suffragia.*

172. — Comprobatur autem, magisque firmatur nostra sententia a secunda propositione, ab Alexandro VIII proscripta: *Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturae; haec, in statu naturae lapsae,*

Probatur
ex damnationis propositionibus.

Objiciunt
adversarii.

operantem ex ipsa non excusat a peccato mortali. A cujus propositionis proscriptione luculenter infertur, quod Pontifex idcirco eam damnavit, quia pro certo habuit, dari utique posse ignorantiam invincibilem in aliquibus difficultibus reconditisque rebus, quae ad legem naturalem spectant. — Nec dissimile colligitur ab alterius Bajanae propositionis damnatione: *Infidelitas pure negativa in his, quibus Christus non est praedicatus, peccatum est.* Ulterius apertissime confirmatur a thesi, ab eodem Pontifice damnata: *Non licet sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam.* Nisi ignorantia invincibilis daretur circa jus naturale, ut ajunt adversarii, a culpa neque excusaretur quidem qui sequitur opinionem probabilissimam, quia adhuc probabilissima versatur in discrimine errandi: quandoquidem haec, non extra, sed intra probabilitatis terminos existit.

Ratio nostrae sententiae, ut finem tandem aliquando faciam, quam S. Thomas adducit¹², ea cumprimis evidens est: *Manifestum est, quod illa ignorantia quae causat involuntarium, tollit rationem boni et mali moralis.*

173. — Sed ad eam Dissertationis partem deveniamus, ubi audire vacat, quae contra nos jaciant duo acerrimi contradictores: alter, nempe Pater Joannes Vincentius Patutius, qui se facto nomine appellat Adelphum Dositheum; alter anonymous, qui librum suum: *Regulam morum* inscribit¹³ qui ambo, quae italicico sermone scripserunt, latine hic redduntur.

Absolute igitur negantes dari ignorantiam invincibilem circa quamlibet rem, audiamus primum Patutium, italice (ut dixi) scribentem in ea, quam latine traducimus, forma: « *Juxta ideam quam ha-*

Bajus, Prop. 68, damnata. a S. Pio V, constitut. Ex omnibus afflictionibus, 1 Octobr. 1567; a Gregor. XIII, constitut. Provisionis nostrae, 29 Januar. 1579; ab Urban. VIII, bulla: *In eminenti*, 6 Mart. 1641. - *Alexand. VIII*, Pro-

bemus a divinis Scripturis, a SS. Patribus, a divo Thoma et a communi antiquorum sensu, ac etiam a modernis primi subsellii theologis, peccata ignorantiae, quando tenemur scire legem, ea sunt (rigorose et proprie loquendo) quae committuntur, et quorum coram Deo rei sumus, tempore quo ignoramus ea committere; quia a propria nostra culpa oritur quod ignoremus. Et hac de causa D. Thomas¹⁴ hac in re clarissimum axiomam illud, et certum docuit: *Si ignorantia causetur ex culpa, non potest subsequentem culpam... excusare*. Atque hac ratione peccatur, quamquam non habeatur, nedum scientia a vobis expostulata, cognitio nimur certa et evidens (loquitur hic mecum circa licitum usum opinonis aequa probabilis, quem defendo), sed ne incerta quidem et obscura peccati, quae haberri poterat, et habere tenebamur». Et deinde concludit: *Pauca haec sint satis, ut instruamini in negotio, cuius adaequatam non videbatis ideam efformasse.* — Sed hic erravit Pater Patutius, existimans me, ut ipse est, penetrantis et actris esse ingenii; sed dura obtusa mente cum ipse sim, fateor hanc brevem instructionem mihi satis non esse; quoniam intelligere nunquam potui quomodo homo peccet, cum invincibili ignorantia de peccato laboret, postquam debitam adhibuerit diligentiam, ut informetur et ignorantiam caveat.

Auctor vere *Regulae morum* in universo fere suo libro probare nititur, nos minime posse sine formalii peccato rem quampiam ignorare, quae ad jus naturae spectet. — Sed videamus, quaeso, quomodo id probet; etenim a responsionibus, quae suis oppositionibus redditur, clarius patet nobis sententia: *Non datur (inquit) ignorantia invincibilis juris naturae et di-*

pos. 3 damnata. — ¹ 1^{am} 2^{ae}, qu. 19, art. 6. — ² Patutius, La causa del probabilismo, § 5, vers. *Né qui vi giova*. — ³ In Epist. ad Rom., cap. 1, lect. 7, i. pr. - *Regul. mor.*, cap. 17, § 3, vers. *Ma come hanno et vers. Dobbiamo adunque*.

et doctis dicentibus: facite sic, quia potest licite fieri. Non enim exigit Deus ab homine plus quam conditio hominis habet; quia divina sapientia disponit omnia suaviter». — Contenson vero, in sua *Theol. mentis et cordis*, lib. 6, diss. 3, cap. 1, specul. 1, vers. *Utriusque S. Doctoris*, alium Cajetani textum in suam sententiam trahere conatur, scilicet commentarium in *Iam 2ae*, qu. 76, art. 4, de quo tamen Julius Torni haec notat: « Ea exempla adducit Cajetanus, quae clare significant, eum loqui de ea ignorantia juris naturae, quae vinci possit, ac proinde de ignorantia aliquatenus volita».

173. — ¹⁵ Opus Patutii titulum habet: *La causa del probabilismo richiamata all'esame e nuovamente convinta di falsità*. — Opus vero cui titulus est *Regula morum*, auctorem habet Gabrielem Gerberon, Ord. S. Benedicti; scriptum quidem est hoc opus gallico

idiomate, quod in italicum vertit Bottari, et cui appendicem adjecit Micheli, e Cong. Ora- torii Romani. Cfr. Feller, Dictionnaire historique, v. *Gerberon*; Melzi, Dizionario di Opere anonime e pseudonime di scrittori italiani, v. *Regole de' costumi*.

vini, praeterquam in pueris, furiosis et amentibus. Deinde sic concludit: *Ignorantia juris naturalis nunquam illos excusat, qui cognitione et libero rationis usu operantur.* Quae sane conclusio reprobat damnatum cujuscumque probabilis opinonis usum, etiamsi probabilissima foret; omnesque ad amplectendum tutiorismum proscriptum adgit.

Probat ipse potissimum intentum suum, affirmans nos teneri sequi veritatem, propterea quod veritas est unica morum norma; et idcirco¹ ob eam rem multos consarcinat simul Scripturae textus: *Ego sum via, et veritas, et vita* (Joan. xiv, 6). — *Viam Dei in veritate doces* (Matth. xxii, 16). — *Omnis viae tuae veritas* (Ps. cxviii, 151). — *Si... filii tui... ambulaverint coram me in veritate* (III Reg. ii, 4). — *Ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus a Patre* (II Joan. 4). — *Gens justa, custodiens veritatem* (Isai. xxvi, 2). — *Qui... facit veritatem, venit ad lucem* (Joan. iii, 21). — *In veritate non stetit* (Joan. viii, 44).

Verum enim vero, tanto poterat auctor labori parcere; nemo enim inficiatur, in operando teneri nos veritatem quaerere eamque sequi. At petere fas sit, quoniam alio pacto possumus nos veritatem noscere, nisi ratione ducti? Dicendum igitur, illam veritatem nobis esse sequendam ac amplectendam, quae a ratione exhibetur, et praeter oculos veluti ponitur. — Hinc Petrus Collet² recte distinguit moralitatem objectivam actus in se considerati, a moralitate formalis agentis; docetque, quando ex invincibili ignorantia quis operatur, contingere posse, ut non solum non peccet, sed insuper mereatur operando juxta rationem quae recta videatur, licet ipsa revera supremae rationi repugnet. Sed quia (inquit Collet) *repugnantia haec aliquando involuntaria est, ut in iis qui... invincibili laborant ignorantia; ideo non semper imputatur ad culpam, sed aliquando ad meritum ob bonam fidem agen-*

¹ Op. cit., cap. 1. — ² Contin. Tourn., de Act. hum., cap. 6, art. 1, sect. 1. objic. 2, i. f. — ³ 1^a 2^o, qu. 19, art. 6.

tis, qui rectam rationem segui putat, dum etiam ab ea deficit. — Idque totum confirmat D. Thomas, docens³ objectum actus ratione mediante repraesentari voluntati; atque in quantum cadit sub ordine rationis, objectum illud causat in voluntate bonitatem moralem. En eius verba: *Ad 3^{um} dicendum, quod bonum per rationem repraesentatur voluntati ut objectum; et in quantum cadit sub ordine rationis, pertinet ad genus moris, et causat bonitatem moralem in actu voluntatis; ratio enim principium est humanorum et moralium actuum, ut supra dictum est⁴; ubi idem S. Doctor docendo notat, voluntatis actus, bonos et malos dici, prout a ratione manifestantur: In actibus autem, bonum et malum dicitur per comparationem ad rationem; quia, ut Dionysius dicit⁵: Bonum hominis est, secundum rationem esse; malum autem, quod est praeter rationem... Dicuntur autem aliqui actus humani vel morales, secundum quod sunt a ratione.*

Quocirca idem Angelicus Doctor⁶ humanam rationem statuit, tamquam proximam voluntatis nostrae regulam; dicens quod lex aeterna, licet sit prima regula, nihilominus tamen est remota, et potius est ratio Dei quam nostra: *Regula autem voluntatis humanae est duplex: una propinqua et homogenea, scilicet ipsa humana ratio; alia vero est prima regula, scilicet lex aeterna, quae est quasi ratio Dei.*

Sed nequaquam, inquit praefatus anonymus auctor *Regulae bonorum morum;* quando contra legem quis operatur, semper peccat, neque ratio sufficit ad excusandum a peccato. Sic ipse Cap. XI [in fine], ubi quod italicice scribebat, sic nos fideliter latine reddimus: *Non negatur quod ratio debet esse regula proximior nostrarum actionum... At hoc intelligitur, cum ipsa legi aeternae submittitur, etc. Sed non semper accidit quod ratio a lege Dei dirigatur, etc.; unde non solum dici non potest, rationem esse regulam nostrorum*

Alia objec-
cio.

ita scripserat: « Daemoni malum est quod a bona mente deflexerit; animo, quod a ratione ».

^b) S. Thomas aliquantulum mutavit sententiam S. Dionysii. Areopagita enim in suo opere *De divinis Nominibus*, cap. 4, § 32,

morum, et in errorem labi non posse quemquam ipsam sequentem; sed etiam veritas est universis in scholis receptissima, quod quando ratio fallitur, voluntas peccat, si eam sequitur: Ratio humana potest errare, et ideo voluntas concordans rationi humanae non semper est recta; sed voluntas concordans rationi erranti est mala. Haec est conclusio S. Thome omniumque theologorum. Sic auctor finem facit.

Error in-
voluntarius
excusat.

Sed videamus, quaeso, quod tradit S. Thomas in loco ubi hunc articulum proponit¹: *Utrum voluntas concordans rationi erranti sit bona?* Ibi S. Doctor sic ait: *Haec autem quaestio dependet ab eo quod supra de ignorantia dictum est. Dictum est enim supra (quaest. 6, art. 8), quod ignorantia quandoque causat involuntarium, quandoque autem non. Et quia bonum et malum morale consistit in actu, in quantum est voluntarius, ut ex praemissis patet (art. 2 hujus quaest.), manifestum est, quod illa ignorantia quae causat involuntarium, tollit rationem boni et mali moralis; non autem illa quae involuntarium non causat. Dictum est etiam supra (quest. 6, art. 8), quod ignorantia quae est aliquo modo volita, sive directe sive indirecte, non causat involuntarium. Et dico ignorantiam directe voluntariam, in quam actus voluntatis fertur; indirecte autem propter negligentiam, ex eo quod aliquis non vult illud scire quod scire tenetur, ut supra dictum est (ibid., art. 3). Si igitur ratio vel conscientia erret errore voluntario, vel directe vel propter negligentiam, quia est error circa id quod quis scire tenetur; tunc talis error rationis vel conscientiae non excusat, quia voluntas concordans rationi vel conscientiae sic erranti sit mala. — Notentur verba: Si igitur ratio vel conscientia erret errore voluntario, vel directe vel propter negligentiam, quia est error circa id quod quis scire tenetur; tunc talis error rationis vel conscientiae non excusat. Quapropter, quando error non est volitus, neque directe neque indirecte per negligentiam, excusat a peccato.*

Neque obstat dicere quod, cum res aliqua mala sit, etiamsi ratio eam repre-

¹ 1^a 2^o, qu. 19, art. 6. — ² 1^a 2^o, qu. 19, art. 6, ad 1. — ³ In 1^a 2^o, qu. 18, disp. 11, art. 2, n. 33. — ⁴ In 1^a 2^o, qu. 18,

sentet ut bonam, semper est mala. — Etenim respondet D. Thomas², id esse verum propter illud generale axioma: *Bonum causatur ex integra causa, malum autem ex singularibus defectibus.* Et ideo (S. Doctor subiungit), *ad hoc quod dicatur malum id in quod fertur voluntas, sufficit, sive quod secundum suam naturam sit malum, sive quod apprehendatur ut malum.* Hoc vero nequaquam efficit actiones quae contra legem fiunt esse formalia peccata. Quando peccatur contra legem invincibiliter ignoratam, materialiter tantum, non formaliter peccatur; quia lex, non ut in se est, sed prout repraesentatur a ratione, ita fit regula et mensura nostrae voluntatis, ut sapienter animadvertisit et scribit Joannes a S. Thoma³, dicens: *Et cum instatur, quod potest ratio proponere contra legem ex errore invincibili; dicimus, quod non potest proponere contra legem formaliter, sed materialiter, id est, contra legem ut in se et in re, non contra legem ut existimatam seu manifestatam; sub quo statu et conditione tantum potest lex operari et mensurare, non secundum se praecise ut in re, et nondum ut manifestata. Juxta id quod idem auctor antea scripserat⁴: Moralitas in actibus liberis non est aliud, quam eorum commensuratio et ordinatio secundum regulas rationis.*

Sed reponit auctor *Regulae morum*, D. Thomam eodem articulo haec subiungere: *Si ratio errans dicat quod homo tenetur ad uxorem alterius accedere, voluntas concordans huic rationi erranti est mala, eo quod error iste provenit ex ignorantia legis Dei, quam scire tenetur.* Igitur, infert, quotiescumque quis operatur contra legem Dei, non excusat a peccato, licet ratio contrarium ei repraesentet. Idque confirmat alio Angelici textu⁵: *Si alicui dictat conscientia, ut faciat illud quod est contra legem Dei..., si faciat, peccat; quia ignorantia juris non excusat a peccato, nisi forte sit ignorantia invincibilis, sicut est in furiosis et amentibus, quae omnino excusat.* — Insuper id confirmat textu Bonifacii VIII⁶: *Ignorantia facti, non juris, excusat.*

Instat ad-
versarius.

disp. 9, art. 1, n. 9. — *Reg. mor.*, cap. 12; cap. 17, § 3, ante med. — ⁶ Quodlib. 3, art. 27, ad 2. — ⁶ Reg. 13, de Reg. juris, in 6°.

Ignorantia primo
rum principiorum non
excusat.

Verum textibus hisce omnibus clarae sunt responsiones. — Cum S. Thomas ait: *Ignorantia legis Dei, seu ignorantia juris non excusat*, loquitur tantum de ignorantia illorum praceptorum Dei, quae idem exprimit alii in locis (prout superius animadvertisimus), quae ignorari non possunt sine culpa positivae negligentiae, quemadmodum sunt prima principia legis naturalis eorumque proximae conclusiones, id est pracepta decalogi; ut communiter docent cum D. Thoma, alii supra laudati auctores. — Nec absimiliter intelligi debet auctoritas Gersonii, nobis ab adversario objectata, uti explanat Habert. Eadem quoque ratione explicandae sunt auctoritates Alberti Magni¹ et Adriani Papae²; nam in pastorali epistola archiepiscopi Beaumont, pro me hos auctores stantes, citatos reperio, nempe Albertum Magnum et Adrianum.

Caeterum certum est, D. Thomam, primis principiis exceptis, ac proximis inde conclusionibus, in reliquis abstrusis et obscuris admittere, pluribus in locis, uti monuimus, ignorantiam invincibilem. — Siquidem³ affirmat quod, cum ignorantia est invincibilis, licet sit de rebus quas homo scire tenetur, excusat a peccato, illis verbis: *Si vero sit talis ignorantia, quae omnino sit involuntaria, sive quia est invincibilis, sive quia est ejus quod quis scire non tenetur, talis ignorantia omnino excusat a peccato.* — Accedit quod alio superius allato loco⁴ docet, tunc esse malam voluntatem quae sequitur erroneam rationem, quando ratio errat, sive directe, sive indirecte propter voluntariam negligentiam, circa ea quae homo scire debet: *Si igitur ratio vel conscientia erret errore voluntario, vel directe, vel propter negligentiam, quia est error circa id quod quis scire tenetur; tunc talis error... non excusat.* Igitur, cum error non sit volun-

S. Thom., 1^a 2^a, qu. 76, art. 2; qu. 94, art. 6. - Gerson., de Vita spiriti, lect. 4, coroll. 3. - Habert, de Actib. hum., cap. 1, § 3, qu. 10, resp. 2. — ¹ In 2, dist. 22, art. 10. — ² Quodlib., quæst. 4, vers. Fortasse objectet aliquis. - Beaumont, Instr. pastor., part. 3, n. 38, sub 3. — ³ 1^a 2^a, q. 76, art. 3, corp. — ⁴ 1^a 2^a, qu. 19, art. 6. — ⁵ In 1^a 2^a, qu. 76,

tarius, saltem ratione negligentiae, utique excusat a peccato.

Ad textum autem Bonifacii VIII, qui contra nos ponitur: *Ignorantia facti, non juris, excusat*, apposite respondent Silvius⁵ et Antoine⁶, id locum habere in statutis forensibus⁷, quorum ignorantia plerumque praesumitur vincibilis post eorum promulgationem in foro factam; dummodo aliqua specialis ratio, qua contrarium praesumeretur, non adesset⁸.

Opponit deinde anonymous varias Scripturæ auctoritates, quibus probare nititur, non dari ignorantiam invincibilem circa jus naturae: *Qui autem non cognovit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis* (Luc. XII, 48). *Delicta juventutis meae, et ignorantias meas ne memineris* (Ps. xxiv, 7). *Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate* (I Tim. I, 13). — Verum, textus hi omnes, prout docet Habert⁸, et ex concordi suffragio interpretum universorum, de ignorantia crassa intelliguntur; quae caeteroqui peccatum diminuit, sed supplicium non effugit; *quia*, ut ait Habert, *est volita saltem indirecte, quatenus nempe qui ea laborat, voluntarie vel omittit diligentiam necessariam ut addiscat, vel suscipit officium, ad quod praestandum non potest adipisci scientiam requisitam*. Et ideo, prosequitur idem auctor, a concilio Diospolitanu[m] damnata fuit propositio Pelagi, hisce terminis concepta: *Quod oblivio et ignorantia non subjaceant peccato, quoniam non eveniant secundum voluntatem, sed secundum necessitatem*. Fuit igitur damnata, quia nempe ignorantia crassa est vincibilis, adeoque culpabilis.

At insurget anonymous: Christum Iudei cruci affixerunt, ipsum non cognoscentes, prout idem Salvator noster patetfecit, cum dixit: *Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt* (Luc. xxiii, 34).

art. 3, quer. 2, concl. 7. — ⁶ De Peccat., cap. 4, qu. 5, obj. 2. — ⁷ Cap. Cum in tua, fin. *Qui matrimen. accusare possunt.* - Anonym., cap. 17, § 3, p. princ. — ⁸ Tr. de Actib. hum., cap. 1, § 3, qu. 7, resp. 2 et 3. - Concil. Diospol., propos. 11, (anno 415), ap. Labbe, tom. 3. - Anonym., cap. 17, § 3, init.

Ignorantia
juris excusa
in conscientia.

Objectio
ex Scriptu-
ris.

Textus
intelligendi
de ignoran-
tia crassa.

Alia ob-
jectio ex
Scripturis.

^{c)} Silvius et Antoine dicunt hanc regulam locum obtinere in foro dumtaxat judi-

ciali seu exteriori; quod profecto eodem recidit, quo S. Alphonsi interpretatio.

Infideles credunt honorem se praestare Deo, Apostolos morti tradentes: *Sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare Deo* (Joan. XVI, 2). Ita pariter haeretici veritatem tueri putant, catholicos persequendo. — Verum, quidquid objicitur paucis clare diluit praelaudatus Habert: *Judeos per miracula et prophetias potuisse cognoscere Christum Dominum, juxta illud Joannis V, 46.* Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi: de me enim ille scripsit. *Haereticos et alios infideles, quibus annuntiatum est Evangelium, si vellent attendere ad notas verae religionis, eam in Ecclesia Romana facile esse deprehensuros.*

174. — Sed iterum instat anonymous, sic dicens: *Ignorantia cognoscendi aliquod naturale praeceptum oritur a nobis ipsis, vel quia omnem debitam diligentiam non adhibemus in veritate quaerenda, vel quia a Deo non postulamus, uti par est, gratias, ut divinam legem cognoscamus; quoniam (inquit), quemadmodum fides nostra divino elevari debet lumine ad sancta mysteria credenda, ita nostra ratio ab eodem lumine elevari debet, ad habendas perspectas vias progrediendi ad Deum. Quocirca David Propheta orabat: Doce me justificationes tuas. Doce me facere voluntatem tuam.* Hinc sic denique concludit: *Non potest sine peccato esse, quod hac ignorantia contra legem Dei efficitur.*

Ergo, respondeo, cum videmus tot viros doctos et pios, ac etiam in sanctorum numerum relatos, multis in quaestionibus invicem adversatos fuisse in pluribus ad legem naturalem spectantibus, dicere forte ne debemus, alterutros eorum peccasse, et damnationem subiisse? — Ita loquitur Pater Antoine in hanc rem¹: *S. Thomas*

Habert, tr. de Actib. hum., cap. 1, § 3, qu. 7, resp. 3, v. Ad confirmationem. - Anonym., cap. 17, § 1, v. f. et § 2 et 3; cap. 11, post princ. - David, psalm. cxviii, 12, 24, 28; psalm. cxxii, 10. — ¹ De Peccat., cap. 4, qu. 6, resp. 2. - S. Thom., 2^a 2^a, qu. 64, art. 6, ad 3. - S. Thom., cap. 17, § 3, init.

174. — ^{a)} Ubinam S. Bonaventura in hoc puncto D. Thomae contrarius sit, reperi non potui.

^{b)} Hanc sententiam de necessitate statim confitendi mortale, non sine quadam limita-

et S. Bonaventura de multis ad legem naturalem pertinentibus inter se dissident; ergo alteruter erravit in materia legis naturalis; et tamen neuter ullam opinionem ante mortem retractavit. Ergo, si non datur ignorantia invincibilis legis naturalis in aliquibus, alteruter in gravi peccato mortuus est, cum sit gravis culpa docere culpabiliter errorem circa praecpta divina; sicque damnatus est. Et revera nos non latet, S. Thomam defendere, judicem debere damnare illum, quem in jure constat esse reum, licet ipse judex sciat illum esse innocentem; sed S. Bonaventura id negat^a). E converso S. Bonaventura tuetur, peccatorem, nisi statim a commisso peccato confiteatur, novum patrare peccatum^b; idque negat D. Thomas. — Atque id genus exempla eruditorum sanctorumque virorum qui, de praceptis naturalibus discutientes, discordes manserunt, ait S. Antoninus² sexcenta prope afferri posse. Idem doctissimus Morinus³ docet, cum dicit: *Quicumque annales Ecclesiae attenderit, facile animadvertiset, doctores ecclesiasticos multis aliquando saeculis opinionum varietate discordes fluctuasse.* Insuper Natalis Alexander⁴, Pater Berti⁵ affirman, quamplures etiam SS. Patrum in nonnullos esse lapsos errores: *Fatemur in singulis Patribus naevos reperiri, in plerisque etiam errores.* Et quidem de S. Joanne Chrysostomo refert Xistus Senensis⁶: *Restat tertium, quod in praemissis Chrysostomi verbis continetur assertum, videlicet, Sarum in eo potissimum esse laudandam atque imitandam, quod, servandi mariti causa, barbarorum sese adulterio expuserit, consentiente tamen marito in ejus adulterium, imo etiam suadente.* — Concludendum proinde ex eo foret, Sanctos

in 4, dist. 17, qu. 3, art. 1, solut. 4. — ² Part. 1, tit. 3, cap. 10, § 10, vers. Revertendo. — ³ De sacris Eccl. ordinat., part. 3, exercit. 5, cap. 9, n. 14. — ⁴ Hist. eccles., saec. II, diss. 16, § 23, schol. 6. — ⁵ De theol. Disciplin., lib. 21, cap. 17, n. 5, vers. Alterum. — ⁶ Biblioth. sanct., lib. 5, annot. 89.

tione tuetur S. Bonaventura, in 4, dist. 17, part. 2, art. 2, qu. 2: ait nempe teneri peccatorem ad confitendum, quando se opportunitas offert, si rationabiliter putet nunquam majorum opportunitatem sese oblaturam esse.

hosce vel alios ecclesiasticos auctores, ad tartara esse detrusos, propterea quod erroneas scripserunt opiniones, earumque postea non curarunt emendationem; vel saltem concludendum, in iis scribendis semper mortaliter peccasse. Verum nescio an quis reperiatur, qui id audebit asserere.

Quapropter non valet dici, quod ille qui, ut convenit, studet ac orat, cognitionem quidem obtineat veritatis in universis naturae legis dubiis. — Siquidem opportune respondet Petrus Collet¹, praestantiora Ecclesiae lumina minime neglexisse studium et orationem, nec propterea ad veritatis notitiam pervenisse, ut eam assequerentur: *Et vero, si quaelibet ignorantia juris naturalis vinci possit, maxime per orationem; atqui falsum consequens: cum majora Ecclesiae lumina dies noctesque orando, studendo, vigilando, consumperint, nec tamen eam quam optabant, cognitionem obtainuerint.* Quandoquidem, ut optime idem Petr. Collet animadvertisit, multarum legis naturae conclusio- num, sed remotarum a primis principiis, ne Patres quidem et Ecclesiae Doctores, cum omnibus praesidiis a natura et a gratia acceptis, veritatem in pluribus assequi potuerunt: *Atqui multae sunt conclusiones a primis juris principiis oriundae, quarum cognitio ne cum magnis quidem naturae et gratiae auxiliis haberi potest: cum circa eas dividantur acutissimi simul et püssimi Ecclesiae Patres et Doctores.*

Sed replicatur: Deus est fidelis; promisit exaudire orantem se: *Petite, et accipietis* (Joan. xvi, 24). Si nos lucem suam a Deo debitis conditionibus postularemus, eam ipse non denegaret; quamobrem, si non obtainemus, per nos profecto stat, nosque sumus in culpa. — Sed duo sunt distingienda genera lucis. Altera lux, seu cognitio, est *naturalis*, vel potius naturae viribus comparata, qua morales veritates cognoscimus divinae legis circa imperata et vetita. Altera est lux *supernaturalis* gratiae, qua illustramur, ut cognoscamus divinae gratiae valorem, maximum aeternae salutis negotium, media

Lux natu-

Lux super-

¹ Contin. Tourn., de Actib. hum., cap. 2, art. 3, concl. 3, prob. 2^a pars. - S. Ambros., in Epist. ad Rom., cap. 14, v. 23. - S. Chrysost., in Epist. ad Rom., homil. 26,

ad eam consequendam, occasiones quae ad ejus jacturam praecipites nos agere possunt, et id genus alia. — Cum autem contra legem formaliter delinquitur, ex hujus lucis gratiae defectu, quam a Deo poscere minime curavimus; dubium non est, quin ejusmodi negligentia nobis imputetur ad culpam: quippe tunc nostra oscitantia est voluntaria. Nam si lucem hanc postulavissimus, non defuissest utique; Deus enim non desinit impertiri gratiam oranti, ut quod bonum esse cognoscit, amplectatur; et quod malum fore noscit, caveat; atque haec illa lux est, quam petebat David, cum ajebat: *Da mihi intellectum, et discam mandata tua* (Ps. cxviii, 73). *Doce me facere voluntatem tuam* (Ps. cxlii, 10). — Contra vero, Deus neque dat, neque se daturum promisit omnibus lucem veritates omnes cognoscendi, quae naturali lumine cognosci possunt; ideoque, cum quis materialiter operatur contra legem, sed invincibiliter, ob hujus naturalis cognitionis defectum; tunc ad formale peccatum non imputatur error; contentus cum sit Deus, ut nosmet nos dirigamus juxta conscientiae dictamen, quod per rationem nobis exhibetur et ostenditur tamquam rectum. Apostolus ait (ad Rom. xiv, 23): *Omne autem quod non est ex fide* (id est, juxta conscientiam, uti communiter explicant Ambrosius, Chrysostomus, Theodoretus aliique), *peccatum est.* Igitur, qui operatur juxta propriae conscientiae dictamen, non peccat. S. Joannes quoque tradit. *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum* (I Joan. iii, 21). — Ut uno verbo dicam: Deus non damnat, nisi illas actiones in quibus adest malitia voluntaria, vel voluntaria negligencia. Unde eum, qui existimat invincibiliter se recte operari, Deus non solum non punit, sed quandoque rectam ejus intentionem remuneratur, etiamsi opus suum legi, prout est in se, repugnet. *Sed, quia repugnantia haec* (scribit Petrus Collet, ut superius praenotatum est) *aliquando involuntaria est, ut in iis qui... invincibili laborant ignorantia; ideo non semper imputatur ad culpam, sed*

Volunta-
ria privatio
lucis non
excusat.Involun-
taria excu-
sat.Error in-
vincibilis
meretur.Objectio
adversarii.Finis dat
moralita-
tem actu.

aliquando ad meritum, ob bonam fidem agentis, qui rectam rationem sequi putat, dum etiam ab ea deficit.

Id pariter scribit severissimus Pater Daniel Concina², ubi, licet dicat³ opus ex errore conscientiae patratum adhuc invincibili, neutiquam bonum esse posse, meritoque dignum; nihilominus infra⁴, expresse sententiae nostrae adhaeret, dicens: *Potest enim quis, dum exercet opus materialiter malum, habere plures actus bonos, intentionem nempe bonam Deo placendi...; hos, bonos et meritorios dicimus, quamvis actus, qui per se tunc exercetur, sit materialiter malus...* Haec bona intentione nulla prava circumstantia inquinatur; quia opus materialiter malum, cum non sit voluntarium, refundere in istos actus malitiam non valet.

Verum anonymous noster contra id, quasi tuba, exaltat vocem suam, et Caput integrum in hoc insumit (quod est xiii); ubi magna vi nititur probare, quando actio divinae legi est contraria, semper hominem peccare, licet recta intentione operetur. — En quomodo italice loquitur, quod nos latine vertimus. Primum inquit: *Est igitur in Evangelio et in Patrum doctrina constans axioma, intentionem et finem communicare eorum bonitatem aut malitiam nostris actionibus, easque bonas aut malas facere.* Sed paulo post, sibimet ipsi adversans, aliter loquitur, et inquit: *Quamquam recta sit intentio; si quod fit, suapte natura pravum est, vel alia peculiari circumstantia, vel si divina lege prohibetur, hoc non obstante, peccatur ab eo qui facit.*

Ita sentit noster adversarius. — Sed, praeter Patrem Concinam superius laudatum, et praeter sententiam communem aliorum doctorum, D. Thomas, D. Ambrosius, D. Bernardus et D. Joannes Chrysostomus contrarium sentiunt, uti ostendemus. — Primum itaque D. Thomas⁴ proponit quaesitum: *Utrum actus habeat speciem boni vel mali ex fine?* Et respondebat: *Dicendum quod aliqui actus dicuntur*

¹ Apparat. ad theol. christ., lib. 2, de consci. diss. 1.
² Loc. cit., cap. 5, argum.
³ Loc. cit., cap. 5, n. 24.

⁴ 1^a 2^{ae}, qu. 18, art. 6. — ⁵ De Praecept. et dispensat., cap. 14. — ⁶ Cap. 18, v. f.

humani, in quantum sunt voluntarii, si- cut supra dictum est (quaest. 1, art. 1). In actu autem voluntario invenitur duplex actus, scilicet actus interior voluntatis et actus exterior: et uterque horum actuum habet suum objectum. Finis autem proprius est objectum interioris actus voluntarii; id autem circa quod est actio exterior, est objectum ejus. Sicut igitur actus exterior accipit speciem ab objecto circa quod est; ita actus interior voluntatis accipit speciem a fine, sicut a proprio objecto. Id autem quod est ex parte voluntatis se habet ut formale ad id quod est ex parte exter- iorius actus... Neque actus exteriore habent rationem moralitatis, nisi in quantum sunt voluntarii. Et ideo actus humani spe- cies formaliter consideratur secundum fi- nem; materialiter autem, secundum objec- tum exterioris actus. — Isthaec S. Do-CTORIS verba clariora sunt, quam ut expla- natione egeant. Nam in his luculentissime docet, actum humanum, bonum aut ma- lum evadere, prout finis est, quo fit; eter- nium ipse humanus actus, in tantum habet rationem moralitatis, id est, ut sit bonus vel malus, in quantum est voluntarius. Objectum actus externi est res, prout est in se ipsa; objectum vero actus interni voluntatis est intentio qua quis operatur. Unde, licet materialiter actus sit in se ipso malus, tamen formaliter bonus est, quando bonus est finis; hoc tamen semper intel- ligendum, cum nempe malitia actus mate- rialis invincibiliter ab operante ignoratur.

Adversarius vero pro se affert longam admodum D. Bernardi periodum⁵; et deinde dicit: *Ejusmodi D. Bernardi respon- sio clare ostendit, quod, ut oculus simplex faciat corpus luminosum..., duo continere debet: bonam nempe intentionem et veritatis cognitionem.* Hoc ipse italice, nos latine dicebamus. — Ego au- tem lego D. Bernardum duas doctrinas dare, iis oppositas quae adversarius af- firmat⁶. Bernardus ait quod ille qui obe- dit praelato^a ex recta intentione, meri-

^a Agens inten-
tionem mere-
tur.

videtur esse quam explanatio sequentis, ab ipso S. Alphonso data. Cfr. tr. de Consc., n. 7.

torie agit, quamvis materialiter erret contra legem. Et alibi¹ haec verba habet: Et quidem laude dignam dixerim vel solam intentionem piam, nec plane condigna remuneratione fraudabitur, in opere quoque non bono, ipsa bona voluntas. — D. Ambrosius² scribit: Affectus tuus non men imponit operi tuo. — Joannes Chrysostomus³ similiter scribit: Ex proposito bono, etiam quod videtur malum, bonum est; quia propositum bonum excusat malum opus. — Sed qui contra legem operatur (instat auctor), semper peccat ignorantia vincibili, quia non orat; nam si oraret, sibi non deesset gratia ad cognoscendam legem. — Ad quod sic respondeo: Deus oranti, ut formale peccatum caveat, non denegat sufficientem gratiam; sed non semper gratiam impertit, ut materiale peccatum vitetur: Non deest gratia (scribit Petr. Collet), qua peccatum formaliter sumptum devitet, concedo: peccatum etiam materialiter, nego. Porro peccatum, quod ex ignorantia prorsus invincibili committitur, non est peccatum, nisi materialiter; nec impedit quominus aeterna salus obtineri possit. Imo sunt qui credant Deum, quarundam rerum cognitionem homini subtrahere, quia mavult ut propter cognitionis defectum non peccet, nisi materialiter, quam ut occasione cognitionis sua, formaliter delinguat.

Vix tamen, imo ne vix quidem intellico, quid ad rem nostram pertineat propositio, quam opponunt, ab Alexandro VIII damnata, circa peccatum philosophicum, quae habebat: Peccatum philosophicum, seu morale..., quantumvis grave, in illo qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum; sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale, dissolvens amicitiam Dei, neque aeterna poena dignum. — Quid ad rem nostram, inquam, pertinet propositio isthaec? Qui cognoscit offendere naturam, necessario offendit etiam naturae auctorem, qui est Deus, etiamsi de Deo non cogitet. Sed qui operatur ex ignorantia invincibili legis naturalis, neque Deum offendit, nisi tantum materialiter, vel (ut melius dicam)

Gratia dat
tur ad vi-
tandum for-
male pecca-
tum.

Propositio-
ni damna-
tae non est
locus.

in nihilo offendit; etenim materialis offensio non habet rationem offensae, sed ad summum esset materia offensae, si homo tamquam offensam Dei aut naturae eam apprehenderet.

Nec quidquam suffragatur dicere in sensu adversarii, quod, quemadmodum fides nostra elevari debet lumine supernaturali, ut revelata mysteria credamus; ita etiam nostra ratio eodem debet elevari lumine, ut juris naturae negotia cognoscamus. — Quia, quantum attinet ad mysteria, ultra concedimus. Sed ad bene operandum, licet homini, in tenebris veluti constituto in poenam primigeniae labis, non sufficiat sola nudaque ratio naturalis, sed requiratur insuper divina praceptorum revelatio, ut ea intelligat quae facienda sint quaeque cavenda; postquam vero homo hoc divinae revelationis lumen acceperit ad bene vivendum, et ad omnes morales veritates cognoscendas, prout in se sunt, aliud non opus est supernaturale lumen. Etenim Deus gratias supernaturales minime pollicitus est ad hunc finem; sed vult ut homo naturali ratione utatur, directa jam a revelatione praceptorum facta; tantummodo, ut jam supra dictum est, ea eget gratia, qua ipse illuminetur, et confortetur ad id amplectendum quod cognoscit bonum; idque fugiendum malum quod cognoscit esse vitandum. — Optime admonet D. Thomas⁴, non posse hominem propriis actibus gratiam acquirere, sed utique propria diligentia rerum scientiam comparare posse: Homo potest aliquam scientiam acquirere per suos actus; gratia vero non acquiritur ex nostris actibus, sed ex Dei munere. Si igitur ita seres habet, non debet homo necessario exspectare gratiam, ut naturalium praceptorum ignorantiam superet: quia ejusmodi ignorantia propria diligentia superanda est; et quotiescumque haec diligentia tanti non esset roboris, ut ad cognitionem perduceret remotorum obscuriorumque praceptorum, invincibilis cum sit ignorantia, a Deo non imputatur ad culpam.

¹ Op. cit., cap. 14, n. 41. — ² De offic. ministror., lib. 1, cap. 30, n. 147. — ³ Opus imperfect. (inter opera D. Chrysost. spuria); homil. 19, ad v. 18. — ⁴ Auctor anonym., cap. 17,

Alia ob-
jectio.

Lumen su-
pernaturale
ad quem fi-
nem detur.

Invincibi-
liter igno-
rans non
peccat.

Atqui anonymous aliam insistit viam, culpabilem ut reddat ignorantiam invincibilem cuiuscumque rei ad jus naturae spectantis. Ait enim: Duo nobis inficta vulnera esse, et adhuc residentia ab originali peccato: concupiscentiam nimirum, ob quam voluntas ad malum proclivis remansit, et ignorantiam, ex qua obnubilata remansit ratio; proinde sic argumentatur, italicice loquendo, quod nos latine: Si concupiscentia non excusat eum qui sequitur concupiscentiae deordinaciones, quare ignorantia excusare debet illum qui sequitur deordinaciones ignorantiae? Ex quo deinde concludit, quod, sicuti peccat operans propter concupiscentiam, ita peccat operans propter ignorantiam.

Sed responsio est aperta. — Idcirco peccat concupiscentiae deordinaciones sequens, quia, cum voluntate sponte illius malitiae adhaeret, tunc etiam concupiscentia ipsa est voluntaria. Altero vero accedit in ignorantia invincibili, quae non est volita neque placet. Manifestum est nullum esse peccatum, nisi voluntarium. Eo fit ut, quemadmodum sequentes nos voluntarias concupiscentiae deordinaciones, peccamus; ita pariter peccamus, ignorantiae vincibili et volitae sequentes deordinaciones. E contrario tamen, sicuti operari juxta concupiscentiam, sed contra voluntatem nostram, peccatum nullum est, juxta quod ajebat Apostolus (Rom. vii, 19): Quod nolo malum, hoc ago; ita quoque peccatum nullum est operari ob ignorantiam invincibilem, cum non sit volita. — Ulterius vero progreditur auctor, et culpabilem putat ignorantiam nostram, saltem propter propria peccata a nobis prius commissa; affirmatque quod, quemadmodum nos propter peccata nostra in morali constituimur impotentia operandi bonum; ita in morali etiam impotentia constituimur cognoscendi bonum quod faciendum sit, et malum quod sit fugiendum. Quapropter, sicuti non excusat impotentia, quando malum operamur quod cognoscimus esse malum; ita non excusat impotentia, cum ignoramus malum quod facimus.

Anonym., capit. 17, § 3, v. f. — Auctor anonym., capit. 17, § 3, v. f. — ¹ De Actib. hum., lib. 2, diss. 8,

At cum Duhamel¹ respondemus pri-
mum, poenam peccati non esse malum,
quod imputatur ad culpam ejus qui talem
patitur poenam. Quare, licet talis igno-
rantia eset poena aliorum peccatorum
quae antea admisisimus; attamen haec pec-
cata non faciunt culpabiles errores, quos
deinde committimus ex invincibili igno-
rantia; quoniam tales errores non sunt a
nobis voliti neque praevisi. Ac licet ea
(scribit Duhamel) vita ex peccatis libere
admissis orientur, ac proinde voluntaria
videantur, et ea ratione ignorantia sit
poena peccati; hinc tamen non sequitur
ea esse omnino voluntaria, cum ex iis
peccatis sequentura mala praewisa non
fuerint. — Insuper respondetur, a veri-
tate prorsus alienum esse quod, sicuti
nostra peccata nos constituunt in morali
impotentia operandi bonum; ita pariter
constituent in morali impotentia praec-
cepta naturalia cognoscendi. Quia, juxta
quod superius praenotavimus, ut bonum
operemur requiritur gratia, ad quam sane
obicem ponit qui peccat; ut vero simpli-
citer praeccepta cognoscantur, necesse non
est gratia, sed satis est naturale lumen.
Unde neutiquam dici potest, peccatum
locare hominem in morali impotentia co-
gnoscendi praeccepta.

At fortasse dicet: Peccata peccantes
excaecant, et cognitionem abripiunt. —
Libenter annuo, peccata a peccatoribus
auferre cognitionem illam, quae ad bo-
num agendum allicit, removetque a malo
patrando; et ut cognitio ista habeatur,
requiritur gratia; et ad eam obtainendam
orare oportet. De hac nimirum cogni-
tione loquebatur Augustinus contra Pelagi-
um: Dum tamen omnia potius disputet,
quam ut oret et dicat: Da mihi intellectum, et discam mandata tua. Bellarmi-
nus, hunc Davidis explicans textum, in-
quit: Da mihi intellectum, non significat:
da mihi vim intelligendi...; sed, da mihi
lumen divinum, quo mens mea perfecte
discat mandata tua, (scilicet) et sibi per-
suadeat, optimum esse illa completere. Po-
stulabat igitur Propheta gratiam, ut illu-
minaretur, et sibi persuaderet quantum
illud foret bonum, quod in exsequendis

cap. 5, n. 5, i. f. — D. August., lib. de natur. et gratia,
cap. 17. — Bellarm., Comm. in Psalm. cxviii, v. 73.

Etsi igno-
rantia sit
poena pec-
cati.

Peccatum
privatum
supernatu-
rali.

divinis paeceptis requiritur. — Id quoque expostulabat, quando orabat: *Viam justificationum tuarum instrue me: id est* (idem Bellarminus explicat), *diligentius doce me, quae sit via paeceptorum tuorum, quomodo videlicet ambulare debeam in lege tua: nempe, quomodo ambulare debeam juxta tua praecpta.* Id insuper, quando orabat: *Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam.* — *Petit etiam intellectum* (Bellarminus), *ut... scrutari possit ejus utilitates.* Id pariter, cum ajebat (Ps. CXLII, 10): *Doce me facere voluntatem tuam;* id est, doce me, Domine, ut secundum voluntatem tuam operer. Sed, ut supra dictum est, voluntas Dei est, ut nos operemur juxta nostrae conscientiae dictamen. — Peccatum igitur peccantem privat hac cognitione gratiae; sed non cognitione naturali paeceptorum, quae nobis se praestant cognoscenda ratione dumtaxat naturali; ut recte scribit Habert¹ ex D. Thoma: *Peccatum naturam humanam prorsus non corrumptit; alioquin homo per peccatum desineret esse homo.*

Multas autem auctor Divi Augustini opponit auctoritates, et praesertim illam²: *Ignorantia, quae non est eorum qui scire nolunt, sed eorum qui tamquam simpliciter nesciunt, neminem sic excusat, ut semper igne non ardeat.* Super hanc auctoritatem, auctor sic italicice scribit, quod nos latine: *Minime contendit S. Augustinus, semper esse reum qui ignorantia deliquerit, quemadmodum qui peccatum cognitione sua culpe...;* addit tamen, *quod hoc non debet aperire asylum ad tenebras ignorantiae, ut in ea suam inveniat excusationem, quia eadem non sic excusat, ut quis minime damnetur ad ignem aeternum.* — Verum ego non intelligo, quid auctor velit pro rei summa inferre ab hac Augustini auctoritate. Si ab illis verbis: *qui tamquam simpliciter nesciunt, inferre vellet, ignorantiam non excusare ab aeterna damnatione, quamvis invincibilis sit; contra ipsum obstaret propositio secunda ab Alexandro VIII*

proscripta, et superius jam allata, quae habebat, ignorantiam invincibilem juris naturae non excusare a peccato formalis. — Caeterum Duhamel et Pater Berti recte huic Augustini textui respondent. Et sic Duhamel³: *Haec... intelligenda, ut nescientia simplex non excusat a peccato, cuius non est causa; sed tamen ab eo eximit, cuius est causa.* Unde, qui legem Dei nesciunt nec scire potuerunt, non peribunt, quod legem ignotam violaverint; sed propter peccata quae in legem naturae adiunserunt. Eademque ratione, relato Augustini textui respondet Pater Berti⁴, dicens Augustinum scripsisse, quod infideles qui non crediderunt Jesu Christo, merentur ignem aeternum, *non quia non crediderunt: id enim ipsis non imputatur ad culpam, dummodo nescire noluerint; sed quia legem naturae inscriptam coribus suis libere transgressi sunt.*

Itaque mens Augustini ea profecto est, quod ignorantia nempe illorum qui penitus ignorarunt veram religionem, licet eos ab incredulitatis peccato excusat, non tamen ab iis peccatis excusat, quae ipsi talia esse cognoscunt juxta naturae lumen. Quod vero S. Doctor de ignorantia culpabili loqueretur, ex verbis jam constat, quae immediate citato textui subjungit, dicens: *Non enim sine causa dictum est: Effunde iram tuam in gentes quae non noverunt.* Deum non cognoscere, non potest nisi malitia aut voluntaria obcaecatione contingere. — Idem scribit S. Joannes Chrysostomus⁵: *Judaei ignorarunt, sed haec ignorantia non erat digna venia.* Graeci quoque ignorarunt, sed defensionem non habent. Sed postea immediate subjungit: *Quando enim ea quae sciri nequeunt ignoraveris, culpae obnoxius non eris.* Cui conformatur celebris illa S. Augustini doctrina⁶: *Non tibi deputatur ad culpam quod invitus ignoras, sed quod negligis querere quod ignoras.*

Caeterum, ne longum faciam et ne ulteriorius taedio lectorem afficiam, omnibus aliis Augustini textibus quos anonymus objicit, una tantummodo ejusdem Sancti

Ubi deest
voluntas,
deest pecca-
tum.

Non pri-
vat luce na-
turali.

Objicitur
textus San-
cti Augu-
stini.

Loquitur
de culpabili
ignorantia.

Bellarmin., Commentar. in Psalm. cxviii, v. 27, 34. — ¹ De Actib. hum., cap. 1, § 3, qu. 10, resp. 1, prob. 2. — ² S. Thom., in 2. dist. 55. qu. 1, art. 5, ad 1 et 2. — ³ De grat. et lib. arbitr., cap. 3, n. 5. — ⁴ Auctor anonym., cap. 17, § 3, post. princ. — ⁵ De Actib. hum., lib. 2, diss. 8, cap. 6, n. 6. — ⁶ De theol. Disciplin., lib. 21, cap. 10, vers. Augustinus. — ⁵ Homil. 26, in Epist. ad Rom., n. 3, ad v. 23. — ⁶ De Lib. Arbitr., lib. 3, cap. 19, n. 53.

auctoritate respondemus. — Is¹ videtur prima facie sentire, nescientem se peccare, adhuc peccare, quando voluntarie id agit quod in se peccatum est: *Qui nesciens peccavit, non incongruenter nolens peccasse dici potest, quamvis et ipse, quod nesciens fecit, volens tamen fecit, ita nec ipsis esse potuit sine voluntate peccatum.* Sed, ut egregie animadvertisit Duhamel², idem S. Doctor aperit mentem suam, explanat quo dicere intelligebat: *Quia voluit, ergo fecit; etiamsi non quia voluit, peccavit, nesciens peccatum esse quod fecit.* *Ita nec tale peccatum sine voluntate esse potuit, sed voluntate facti, non voluntate peccati.* Id denotat quod, licet factum sit materia peccati, cum tamen voluntas deest peccandi, peccatum est tantum materiale; sed non formale, seu voluntarium, ut optime Duhamel, *quod nimurum factum ipsum est materia peccati, non formaliter et reipsa peccatum est.*

Id pariter est quod scripsit D. Thomas³: *Si ignoretur deformitas actus, puta cum aliquis nescit fornicationem esse peccatum, voluntarie quidem facit fornicationem, sed non voluntarie facit peccatum.* — Non negatur vero, ut sincere loquamus, Angelicum alibi negare fornicationem invincibiliter ignorari posse; et merito id negat, quia fornicatio prohibetur praecerto proximo, et immediato primiti principiis. Attamen S. Doctor, loco nuperrime adducto, ut certam exploratamque rem statuit, quod quando quis invincibiliter ignorans operatur, etiam contra aliquid spectans ad jus naturae, is materialiter tantum errat, sed nequaquam peccat.

Eadem responsio datur cum Duhamel, textui Divi Hieronymi⁴ nobis ab anonymo objectato, ubi S. Doctor ait adversus Pelagianos, ignorantiam non excusare a peccato; quod intelligitur de peccato facti materialiter; secus vero de peccato formaliter accepto. Et quidem Sanctus lo-

¹ Lib. 1 Retract., cap. 15, n. 3. — ² De Actib. hum., lib. 2, diss. 8, cap. 6, n. 5, i. f. — ³ De Malo, qu. 3, art. 8, corp. — ⁴ Duhamel, de Actib. hum., lib. 2, diss. 8, cap. 6, n. 6, i. f. — ⁵ Dial. advers. Pelagian., lib. 1, n. 33 et seqq. — ⁶ Anonym., cap. 17, § 3, post. princ. — ⁷ Anonym., loc. cit., ante med. — ⁸ Epist. ad Hug. de S. Victor., loc. cit.

quitur de homicidio casu patrato, pro quo in veteri lege etiam victimae erant offendae, non obstante quod sine culpa voluntatis contingere.

Item opponit auctor quamdam D. Bernardi auctoritatem⁵, ubi ignorantiam esse ait unam ex causis peccatorum quae nos committimus, sed quae Deus non excusat.

— Attamen advertendum est, de qua ibi ignorantia S. Bernardus sermonem fecerit; en de qua ignorantia loquatur: *Multa profecto scienda nesciuntur, aut sciendi incuria, aut discendi desidia, aut verecundia inquirendi.* Sed hanc ignorantiam, ortam a negligentia se instruendi de propriis obligationibus aut inquirendi veritatem, quis unquam a peccato excusare poterit? Neque obstat, quod ait S. Doctor⁶:

Sive itaque malum putas bonum quod forte agis, sive bonum, malum quod operaris; utrumque peccatum est. Quoniam scribit Pater Berti⁷, perperam Wendrochium ab hac auctoritate colligere, D. Bernardum negare ignorantiam invincibilem excusare a peccato; nam S. doctor⁸ jam scripserat: *Est qui bonum diligit, et malum nescius agit; hujus quidem bonus est oculus, quia pius, non tamen simplex, quia caecus.* Et Berti addit: *Igitur est oculus qui non est simplex, et tamen non est nequam, scilicet nescientis ignoratione excusabili.*

En igitur demum quomodo nostri contradictores, ad negandam ignorantiam invincibilem omnium conclusionum, etiam remotarum obscurarumque, de rebus ad legem naturae spectantibus, nedum adversati sunt communis sensus Sanctorum Thome, Bonaventurae, Antonini, Anselmi aliorumque theologorum, tam benignioris quam severioris sententiae; verum etiam funditus everterunt firmissima receptissimaque theologiae axiomata; idque sane non ad alium finem, quam ut illicitum facerent usum quarumcumque probabilium opinionum.

seu tract. de Baptismo, cap. 4 et cap. 1, n. 3. — ⁸ De Praec. et Dispensat., capit. 14, num. 41. — ⁹ De theol. Disciplin., lib. 21, capit. 14, propos. 2, vers. Praeterea. — Wendroch., Litt. provinc. in Epist. 5, not. 1, sect. 2, § 2, v. f. — ¹⁰ De Praec. et Dispensat., capit. 14, num. 38. — Berti, loc. cit.

Nolens
scire pec-
cat.

DUBIUM II.

An metus excusat.

Metus minuit vel tollit peccatum.

175. - « Resp. Si ex metu facis quod simpliciter malum est, peccas quidem; minuitur tamen per metum malitia, quia minuitur libertas. Interim saepe fit, ut praecepta quaedam non obligent, cum eorum observatio cederet in grave aliquis incommodum: et tunc, si ex metu talis incommodi quis tale praeceptum omittat, non peccat, cum praeceptum non liget. Est communis.

« Unde resolvuntur hi casus:

« 1º. Praeceptum naturale negativum, prohibens rem intrinsece malam, non licet violare, ne ob metum quidem mortis. [Et si aliquando videatur licere violari praeceptum negativum, v. gr. non furandi, non occidendi, puta ad defensionem vitae propriae, etc., tunc dicitur praeceptum non existere. — Vide Lib. II, n. 51: *Certum est* ^{1º}].

« 2º. Metus gravis, v. gr. mortis, etc., saepe non tantum excusat a praecepto positivo, tam divino quam humano; sed quandoque etiam ab affirmativo naturali. Et sic (ut Sanchez ¹) non tenetur quis cum periculo vitae integre confiteri, servare depositum, implere votum, succurrere proximo extreme indigenti. — Becanus ², Azor ³, Laymann ⁴. Excipe

« tamen casum, de quo infra, Lib. II. » [ex n. 25].

« 3º. Si observatio legis humanae necessaria sit ad conservandum bonum, aut avertendum malum commune, quod pluris sit, quam vita propria; tunc lex illa obligat cum periculo vitae, ut v. gr., si dux mandet miliu non discedere ex statione; item, si periturae sint animae, nisi pastor audeat aegros tempore pestis. Laymann ⁵. [Cum Salmant. ⁶].

« 4º. Alioqui nulla praecepta humana, etiam ecclesiastica, per se obligant cum periculo vitae, aut similis incommodi (vide Sanchez ⁷): ut si v. gr., cogaris metu mortis contrahere cum consanguinea in gradu prohibito lege ecclesiastica, posses contrahere (in speciem), non tamen posses consummare; quia, cum matrimonium esset irritum, fornicareris: quod intrinsece malum est. — Sanchez ⁸.

« 5º. Per accidens interim accidere potest, ut lex humana obliget cum periculo vitae, ratione alterius praecepti juris naturalis aut divini concurrentis; ut v. gr., si quis cogere vellet transgredi praeceptum Ecclesiae in odium fidei vel contemptum religionis. — Vide Sanchez ⁹, Coninck. [Ita etiam Salmant. ¹⁰].

Nisi obstet bonum commune.

Periculum mortis liberatur a praecepto humano.

Nisi concurredit praeceptum superius.

DUBIUM III.

An excusat Impotentia totius, vel partis.

Impotencia excusat.

176. - « Resp. Iº. Cum ad impossibile nemo teneatur, certum est quod impossibilita excusat; etiam illa, cui ante causam cum peccato dedisti, dummodo de hoc doleas. Quare id praecipue hic dubitatur, an qui non potest implere totum, teneatur ad partem.

« Resp. IIº. Si praeceptum tale sit, ut commode possit aut soleat dividiri, atque in ejus parte salvetur ratio seu finis

praecepti; tunc qui non potest servare totum, debet servare partem quam potest. Quod si vero non salvetur ratio praecepti in parte, neque id commode possit aut soleat fieri; tunc qui non potest totum, hoc est tantum, quo mora liter impleri censeatur integrum praeceptum, is non tenetur ad partem. — Quae omnia aestimanda sunt: 1º. Ex intentione legislatoris. 2º. Ex ratione, fine

¹ Decal., lib. 1, cap. 18, n. 5. — ² Part. 2, tr. 3, de Legib., cap. 6, qu. 4. — ³ Part. 1, lib. 1, cap. 11, qu. 1, 2 et 3. — ⁴ Lib. 1, tr. 4, cap. 14, n. 5. — ⁵ Lib. 1, tr. 4, cap. 14, n. 6. — ⁶ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 127. —

⁷ Decal., lib. 1, cap. 18, n. 4 et 16. — ⁸ De Matrim., lib. 7, disp. 5, n. 4. — ⁹ Decal., lib. 1, cap. 18, n. 4. — Coninck, de Sacram., disp. 13, dub. 12, n. 100. — ¹⁰ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 130.

« et materia legis. 3º. Ex judicio prudenter. 4º. Ex communi usu. — Ita Sanctus chez ¹. Laymann ².

« Unde resolvuntur hi casus:

177. - « 1º. Qui non potest legere omnes horas, debet dicere eas quas potest: quia dividuae sunt. — Laymann ³ et Bonacina ⁴.

« 2º. Qui in quadragesima non potest jejunare, debet abstinere a carnibus, si potest: aut qui non potest omnibus diebus, tenetur iis quibus potest. — Ita Laymann ⁵ et Bonacina.

« 3º. Qui potest notabilem partem sacri (v. gr., usque post consecrationem) audiire, aut horarum dicere, aut commode potest cum alio, et solet, tenetur; alioquin non. Ibidem ⁶. — Vide infra, de Horis.

« 4º. Si quis, carens breviario, pauca ex horis sciati memoriter, non tenetur ea dicere. Ibidem ⁶.

« 5º. Qui obligatur visitare Limina Apostolorum Romae, et scit se eo pervenire non posse, non tenetur ingredi iter; quia nec finis, nec ratio praecepti salvatur. — Ibidem ⁷, et Suarez, Azor, Bonacina ⁸.

DUBIUM IV.

An excusat Dispensatio.

178. An excusat dispensatio facta ex justa causa. Quid, si sine justa causa. — 179. An existente causa, teneatur superior dispensare. — 180. An valeat dispensatio inferioris. — 181. An, existente justa causa, valeat dispensatio facta mala fide superioris. — 182. An in dubio, dispensatio censeatur valida. — 183. An quis possit dispensare cum seipso. — 184. An valeat dispensatio extorta per vim aut metum. — 185. Quid, si causa exposita fuerit falsa. — 186. Vide alios casus. — 187. An dispensatio stricte accipienda. Et an detur dispensatio tacita. — 188. De iis qui possunt dispensare de potestate ordinaria. — 189. Num Papa, in praeceptis divinis. — 190. Num episcoli; et in quibus. — 191. An inferior dispenset in legibus superioris, ubi dispensatio non est reservata. — 192. Quid in dubio an casus egat dispensatione. — 193. Quid de potestate delegata. Et an haec expirat morte concedentis. — 194. Quando paelati regulares possint dispensare. — 195. Quot modis cesseret dispensatio. — 196. Quomodo cesseret 1º per cessationem causae. — 197. Quomodo 2º per revocationem dispensantis. — 198. Quomodo 3º per renunciationem dispensati. — 199. Iº. De Cessatione legis. — An cesseret lex, cessante fine legis. — 200. IIº. De Interpretatione legis. — An lex extendi debeat de casu ad casum. — 201. IIIº. De Epiceja legis. — 202. APPENDIX Busenbai. — De dispensationibus S. Poenitentiariae (usque ad n. 208).

Dispensatio justa excusat.

Dispensatio sine causa peccat.

178. - « Resp. In jure humano, dispensatio legislatoris, vel parem potestatem habentis, facta ex justa causa, excusat a transgressione praecepti. — Est communis. Sanchez, Azor ⁹, Salas ¹⁰. — Ratio est, quia, cum sit auctor sue legis, potest quemvis excipere.

« Dixi 1º. Ex justa causa: quia, si temere et sine causa dispenset, tenet quidem dispensatio; peccat tamen tam

dans quam petens dispensationem, contra jus naturale, dictans partem debere conformari suo toti, nisi justa causa excusat. Sanchez ¹¹, Suarez, Filiuccius ¹²; et quidem (ut vult Suarez) mortaliter; venialiter, ut Pontius apud Diana, quem vide ¹³. [Idem tenent Salmant. ¹⁴ cum Sanchez, Laymann, Palao, etc., praeciso tamen scandalo, etc. Utentem autem tali dispensatione, commune est non peccare

¹ Decal., lib. 1, cap. 19, n. 5 et seqq. — ² Lib. 1, tr. 4, cap. 19, n. 6 et 7. — ³ Loc. cit., n. 7. — ⁴ Bonac., disp. 2, de Peccat., qu. 8, punct. 1, n. 7. — ⁵ Loc. cit., n. 7. — ⁶ Bonac., loc. cit., n. 6 et 8. — ⁷ Id est, Laym., loc. cit., n. 5 et 6. — ⁸ Pariter Laym., loc. cit., n. 6. — ⁹ Item Laym., loc. cit., n. 6. — ¹⁰ Tr. 11, de Legib., cap. 5, num. 66. — ¹¹ Sanch., de Matrim., lib. 8, disp. 18, n. 7. — ¹² Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 27, n. 25. — ¹³ Azor, part. 1, lib. 10, cap. 13, qu. 4. — ¹⁴ Loc. cit., punct. 1, n. 5. — ¹⁵ Sanch., de Matrim., lib. 8, disp. 17, n. 24; Decal., lib. 1, cap. 20, n. 2. — ¹⁶ Part. 1, lib. 5, cap. 15, qu. 1. — ¹⁷ De Legib., disp. 20, sect. 3, num. 16. — ¹⁸ De Matrim., lib. 8, disp. 18, num. 8 et 8. — ¹⁹ Sanc., de Legib., lib. 6, cap. 18, n. 9 et 12. — ²⁰ Tr. 21, num. 438 et 439. — ²¹ Sanc., loc. cit. — ²² Pont., de Matrim., lib. 8, capit. 14, num. 4. — ²³ Part. 8, tr. 3, res. 6, 8, 9 et 10. — ²⁴ Tr. 11, de Legib., cap. 5, num. 66. — ²⁵ Sanc., de Matrim., lib. 8, disp. 18, n. 7. — ²⁶ Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 22, num. 13. — ²⁷ Palaus, tr. 3, disp. 6, punct. 8, § 1, n. 5 et 6.

graviter; et probabile, nec etiam leviter ^{a)}, ut Salmant. ¹ cum Suarez, Palao, Pontio, etc.].

« Si dubitet, an causa sit justa, posse dispensare vult Sanchez ». [Cum Salmant. ², Tapia, Granado, Diana: quia possidet potestas dispensativa; secus esset, si dubitaret an adsit causa] « contra Bonacina, qui dicit peccare.

« Etsi autem causa sit justa, non tam tenetur dispensare, nisi cum, vel « jus praecepit ex ea causa dispensari, vel necessarium est ad commune bonum vel spirituale poenitentis, vel ad avertendum grave damnum aut publicum scandalum, et sine dispendio fieri potest. — Diana ³, contra Suarez ^{b)}, Sanchez, etc. ».

179. - Quaeritur: *an existente causa, tenetur superior dispensare?* — Distingue:

Si causa sit tantum sufficiens, ut dispensatio sit permissa, non autem debita, potest licite superior eam concedere et negare, vel uni concedere et alteri negare; quia, licet expedit bono subditu dispensatio, expedit vero bono communis observantia. — Ita Salmant. ⁴ cum Coninck, Palao, Bonacina, Sanchez, Suarez, etc.

Si vero causa sit talis, quae efficiat dispensationem esse debitam, nempe ad evitandum damnum commune vel privatum magni momenti, vel ad utile commune, vel magnum particulare; — (expedit enim aliquando dispensare ^{a)}, etiam

¹ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 69. - *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 19, n. 14. - *Palau.*, loc. cit., n. 8. - *Pont.*, de Matr., lib. 8, cap. 14, n. 4. - *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 45, n. 10. - ² Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 75. - *Tapia*, tom. 1, lib. 4, qu. 21, art. 9, n. 2. - *Granado*, in 1^{am} 2nd, controv. 7, tr. 3, disp. 17, sect. 3, n. 28. - *Diana*, part. 1, tr. 10, res. 31; et part. 4, tr. 3, res. 44. - *Bonac.*, disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 3, n. 7. - ³ Part. 8, tr. 3, res. 27. - *Joan. Sanch.*, Select., disp. 48, n. 8. - ⁴ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 80. - *Coninck*, disp. 27, de Matr., n. 59. - *Palau*, tr. 3, disp. 6, punct. 8, § 2, n. 9. - *Bonac.*, disp. 1, de Legib.,

178. - ^{a)} Distinctius: Salmant. dicunt esse verius eum nec leviter peccare; idemque probabiliter existimat Suarez; et satis probabile, Palau; Pontius autem simpliciter negat peccatum in hoc adesse.

^{b)} Suarez male citatur a Diana, tamquam sit contrarius expositae doctrinae; eamdem enim prorsus sententiam tenet, lib. 6, cap. 18, n. 20 et seqq., quam ipse Diana.

pro bono particulari, quod indirecte redundat ad bonum commune: et ideo docet S. Thomas ⁵, quod convenit dispensare, quando alias majus bonum privati impediretur; ita Salmant. ⁶ cum Coninck, Sanchez et Aversa) — tunc tenetur superior dispensare; alioquin peccaret graviter vel leviter, juxta materiam.

Denegata tamen (etiam injuste) dispensatione, nequit subditus agere contra legem; nisi talis causa urgeat, ut eum extraheat a lege. Quare, si episcopus injuste neget dispensationem publicationum ante matrimonium, potest, urgente gravi causa, illud contrahi sine eis. — Ita Salmant. ⁷ cum Coninck, Sanchez, Palao, Soto et aliis.

180. - « Dixi 2^o. *Legislatoris*: quia dispensatio inferioris in lege superioris sine justa causa invalida est, ac proinde non excusat a transgressione praecipi. Ratio est, quia, qui nomine alterius sine causa dispensat, dissipat. — Suarez ⁸, Sanchez ⁹.

« Valide autem et licite inferior, potestate ordinaria, dispensat ex justa causa in lege superioris: 1^o. Circa levia, hoc est, quae sub mortali non obligant, etsi facilis sit ad superiore recursus. — 2^o. Circa ea quae frequenter occurunt, v. gr. in jejuniis, celebrandis festis, etc. ». [Vide n. 190, circa fin.] — « 3^o. Circa ea quae ita sunt propria unitate, ut non convenient alii ^{a)}. — 4^o. Quando recursus ad superiore

qu. 2, punct. 8, n. 22. - *Sanch.*, de Matr., lib. 8, disp. 10, n. 3 et 7. - *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 18, n. 20. - ⁵ 1^{am} 2nd, qu. 97, art. 4. - ⁶ Tr. 9, de Matr., cap. 14, n. 20. - *Coninck*, disp. 33, n. 43. - *Sanch.*, de Matr., lib. 8, disp. 19, n. 1. - *Aversa*, de Matr., qu. 19, sect. 4, vers. Jam quia causae. - ⁷ Tr. 9, de Matr., cap. 8, n. 92. - *Coninck*, disp. 27, n. 52. - *Sanch.*, de Matr., lib. 3, disp. 10, n. 29. - *Palau*, tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 5, n. 4. - *Sotus*, in 4, dist. 28, qu. 1, art. 2, vers. Ex his primum. - ⁸ De Legib., lib. 6, cap. 19, n. 1. - ⁹ De Matr., lib. 8, disp. 17, num. 4.

179. - ^{a)} Seu, ut dicunt Coninck et Sanchez infra citandi, satis esse ad dispensandum; vel, juxta Aversam, posse tunc et solere dispensari.

180. - ^{a)} Palau, loc. infra citando, ut notat ipse Diana, non probat ea quae sub hacten casu asserit Busenbaum: « Probabiliter appetit, inquit, non inferri satis potestatem dispensandi, ex eo solum quod lex pro illa

Negata
dispensatione,
subditus
non libera-
tur.

Inferior
invalide
dispensat sine
causa.

Quando
possit di-
spensarc.

Dubius de
justa causa,
potest di-
spensare.

Non ten-
tur semper
dispensare.

Si cau-
sa sit suffi-
ciens, po-
test sed non
tenetur.

Si sit ne-
cessaria, te-
netur.

difficilis est, sive quando est necessitas et periculum in mora. Diana ¹, ex Granado, Salas, Gordon et Palao, qui adit: — 5^o. Si consuetudo praescriperit ut inferior dispenset; vide Diana ². — 6^o. Quando est dubium negativum, an casus egeat dispensatione. Quo casu, secundum Palau, non opus est dispensatione, cum praesumptio sit pro libertate. Barbosa ³, Diana ⁴. [Vide n. 192].

« Unde resolves:

« 1^o. Pontifex, sine justa causa, non potest dispensare in lege Dei; nec episcopus, in lege Ecclesiae. — Sanchez ⁴, Suarez, Vasquez.

« 2^o. Dispensatio in voto vel jure, sine justa causa, etiam a Papa facta, est invalida; ut Sanchez, Suarez ⁵.

« 3^o. Valida est, si superior per errorem justam causam arbitretur ». [In bona fide; ut Sotus ⁶, Laymann, Sanchez, Azor, cum Salmant. ⁷. Sed oppositum est tenendum. Vide de Voto, Lib. III,

¹ Part. 8, tr. 3, resol. 12. - *Granado*, in 1^{am} 2nd, controv. 7, tr. 3, disp. 17, sect. 1, n. 5 et seqq. - *Salas*, de Legib., disp. 20, sect. 3, n. 22. - *Gordon*, lib. 2, qu. 18, n. 6. - *Palau*, tr. 3, disp. 6, punct. 5, n. 4 et seqq. - ² Part. 8, tr. 3, res. 12, vers. *Alter casus*. - *Palau*, loc. cit., n. 10. - ³ Part. 8, tr. 6, resol. 82; part. 4, tr. 3, resol. 46; part. 8, tr. 3, resol. 72 et 95. - ⁴ De Matr., lib. 8, disp. 17, n. 3 et 4. - *Suar.*, de Relig., tr. 6, lib. 6, cap. 17, n. 3 et 4. - *Vasq.*, in 1^{am} 2nd, disp. 178, cap. 3. - *Sanch.*, loc. cit., n. 8. - ⁵ De Relig., tr. 5, lib. 2, cap. 40, n. 1; et tr. 6, lib. 6,

n. 251.]; « aut, etsi non arbitretur (et temere dispenset), reipsa tamen sit. — « Sanchez ⁶, Azor ⁷, Sà ⁸, Salas ⁹ ».

181. - Quaestio est: *Si superior mala fide dispenset, judicans non subesse causam, at causa revera existat, an valeat dispensatio, et dispensatus illa uti possit?*

Prima sententia dicit valere, si fiat a legislatore, non autem si ab inferiore; quia isti data est facultas dispensandi tantum cum causa. Ita Palau, Azor, Covaruvias, apud Salmant. ⁸. — Secunda sententia probabilior et communior dicit quod, existente causa, valet dispensatio, et licite dispensatus utitur illa, a quocumque superiore illa sit impensa. Ratio, quia valor dispensationis non pendet a cognitione causae, sed ab existentia illius: sicut valet electio capacis ad beneficium, licet capacitas ignoretur ab electore, ex cap. *Nihil de electione* ^{a)}. Ita Salmant. ⁹ cum Sanchez, Suarez ¹⁰, Tapia, Basilio, Diana, Villalobos. — Secus tamen dicendum, si in-

cap. 17, n. 2. - *Laym.*, lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 12. - *Sanch.*, loc. cit., n. 8. - *Azor*, part. 1, lib. 7, cap. 18, qu. 6. - ⁶ De Matr., lib. 8, disp. 17, n. 11. - ⁷ De Legib., disp. 20, sect. 9, n. 81. - *Palau*, tr. 3, disp. 6, punct. 13, n. 2 et 4. - *Azor*, part. 1, lib. 5, cap. 15, qu. 9 et 10. - *Covar.*, de Matr., part. 2, cap. 6, § 9, n. 21. - ⁸ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 78. - ⁹ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 79. - *Sanch.*, de Matr., lib. 8, disp. 17, n. 11. - *Tapia*, tom. 1, lib. 4, qu. 21, art. 8, n. 6. - *Basil. Pont.*, de Matr., lib. 8, cap. 15, n. 18. - *Diana*, part. 1, tr. 10, resol. 34. - *Villalob.*, part. 1, tr. 2, diff. 41, n. 4

^{a)} Salmant., tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 71; hanc sententiam tenent ut veram, « si subditus malitiose non voluerit decipere superiorem ».

^{b)} Azor, part. 1, lib. 5, cap. 15, qu. 9 et 10, quidquid dicat Busenbaum, videtur contrarium tenere, negans validam esse dispensationem, absque causae cognitione, etiamsi adit causa justa. — Apud Sa expositam doctrinam reperi non potui.

181. - ^{a)} Haec est dumtaxat illatio Salmanticis ex cap. *Nihil 44, de electione*. Etenim dictum capit requirit ad confirmationem electionis, ut praebeat examen tum electoris tum electi, et subdit: « Si secus fuerit incaute praesumptum..., dejiciendus est indigne promotus ». Ergo, inferunt Salmanticenses, si dignus fuerit, etiamsi examen causae non praecedat, ejiciendus non est.

^{b)} Suarez, quidquid dicant Salmant., videatur priore sententiam tenere. Scribit enim, lib. 6, cap. 19, n. 2: « Oportet adverte communitate juris peritos docere necessarium esse ad valorem dispensationis ab inferiori datae,

Causa non
cognita, pro-
babilius va-
let dispen-
satio.

ferior dispenset bona fide, sed sine causa; contra Busenbaum et alios, ut supra. Vide Lib. III, n. 251.

In dubio censetur valida.
Quando possit secum dispensari.

182. - « 4°. In dubio de valore dispensationis, validam censeri, eo quod praesumatur in favorem actus, ne pereat, probabile putat Sanchez, etc. cum Diana¹. [Cum Salmant. ^a). — Vide Lib. III, n. 251. Secus autem] « contra Molina, etc. ».

183. - « 5°. Habens potestatem generali dispensandi, potest etiam secum dispensare directe et immediate. — Sanchez, Diana², contra Suarez³. [Ita Salmant. ^b cum S. Thoma, Cajetano, Laymann, Palao, Bonacina, etc. Quia est iurisdictio pure voluntaria, quae etiam erga seipsum exerceri potest. Hinc bene sibi dispensare potest in votis, juramentis, jejunio, etc.].

184. - « 6°. Valet dispensatio obtenta per vim aut metum (modo causa sit justa). Item, data sine ulla verbis, sola mente. — Turrianus, Diana⁴.

Quaeritur: an valeat dispensatio, extorta per metum?

Resp. quod, quando causa dispensationis existit, dispensatio semper est valida: dummodo non constet, superiore dispensasse sine animo dispensandi; metus enim voluntarium non tollit, sicut

Sanch., de Matr., lib. 8, disp. 21, n. 25. — ¹ Part. 3, tr. 6, resol. 9; part. 4, tr. 3, resol. 45 et 64; et part. 8, tr. 3, resol. 62. — Molina, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 178, n. 18, i. f. — Sanch., de Matr., lib. 8, disp. 3, n. 6 et seqq. — ² Part. 8, tr. 3, resol. 16. — ³ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 60 et 61. — S. Thom., 2^a 2^a, qu. 185, art. 8, corp. — Cajetan., in 1^a 2^a, qu. 96, art. 5, v. Ad hoc dubium — Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 31. — Palau, tr. 3, disp. 6, punct. 7, § 1, n. 2 et 3. — Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 1, n. 10. — Turrian., Select. disput., part. 2, disp. 31, dub. 65. — ⁴ Part. 8, tr. 3, res. 69.

ut dispenset causa cognita». Et distinguens duplum cognitionem causae: alteram nempe judiciale, et alteram, « quae in re sufficiens sit, quacumque via seu diligentia adhibita, ait: « Quod igitur ad forum conscientiae spectat, censeo hanc posteriore cognitionem sufficere, quia ex natura rei sufficit, et nullum est jus positivum, annullans dispensationem datam, non servata forma juridica in cognitione causae».

182. — ^a) Salmant., tr. 11, cap. 5, n. 88, loquuntur de cessatione causae dispensationis: « Si... dubium sit, inquiunt, cessaverit necne causa totalis motiva dispensationis, pro valore illius standum est ».

tollit vis. Obtentio autem talis dispensationis est etiam licita, si juste praelato metus incutitur: nempe, si subditus minatur se conquesturum apud supremum superiore; vel justam accusationem lateturum de aliquo suo crimine. — Illicita autem esset, si metus sit injustus; ideoque dispensatio tunc pro libito a superiori posset postea revocari ^a). Ita Salmant. ^b cum Sanchez, Palao, Cominck, Suarez, etc. —

183. — ^a) Secus autem] « contra Molina, etc. ».

184. — ^a) Habens potestatem generali dispensandi, potest etiam secum dispensare directe et immediate. — Sanchez, Diana², contra Suarez³. [Ita Salmant. ^b cum S. Thoma, Cajetano, Laymann, Palao, Bonacina, etc. Quia est iurisdictio pure voluntaria, quae etiam erga seipsum exerceri potest. Hinc bene sibi dispensare potest in votis, juramentis, jejunio, etc.].

185. — « 7°. Qui impetravit dispensationem nem v. gr., in impedimento dirimente matrimonium, et per ignorantiam vel simplicitatem expressit causam falsam, eum valide contrahere matrimonium dicit Pontius⁷. Sed contrarium tenet Palau⁸. Vide Diana⁹. — [Vide de Matr., Lib. VI, n. 1131, Not. 2].

Quaeritur: an petitio subreptitia vel obreptitia vitiet dispensationem? — Subreptitia dicitur, quando veritas retinetur; obreptitia, quando mendacium apponitur.

Quando illicita.

Si desit intentio, invalida est.

In dubio, valida.

Subditus superiori acquiescat.

Inductio ad dispensandum sine causa, peccatum.

Dispensatio datur ignoranti.

1 Tr. 9, de Matr., cap. 14, n. 38. — Sanch., de Matr., lib. 8, disp. 21, n. 18 et 32. — Palau, tr. 3, disp. 6, punct. 16, § 3, n. 3. — Coninck, de Sacram., disp. 33, n. 61. — Sanc., de Relig., tr. 6, lib. 6, cap. 11, n. 4 et seqq. Sed quantum ad dispensationem a lege, nedum Busenbaum opinioni contradicat, eam expresse tenet, de Legib., lib. 6, cap. 12, n. 8 et seqq., ubi asserit omnes praelatos Papa inferiores, ac principes saeculares, quando generali dispensandi potestatem obtinuerunt, secum posse dispensare in iis legibus, in quibus cum subditis suis dispensare possunt.

184. — ^a) Salmantenses utique concordant quoad utramque partem asserti; sed

Quando vi- tientdispen- sationem.

Resp. Regula sit, quod tunc dispensatio erit nulla, quando tacetur veritas, quae de stylo curiae debebat necessario exprimi; vel allegatur falsum, quod de jure taceri debebat. Ita Salmant. ^a cum Sanchez, Palao, Cominck, Suarez, etc. — Alia regula est: Si tacetur vel exponitur falso causa tantum impulsiva, valet dispensatio; secus vero, si causa esset motiva, ita ut sine ipsa superior minime dispensasset. Salmant. ^b

Quid, si plures causae allegantur quarum aliae sint falsae, aliae verae? — Resp. quod, semper ac vera sit una ex illis, quae sufficiens sit ad dispensandum, valida est dispensatio. Salmant. ^b cum Basilio, Sanchez, Palao, Suarez.

Quid autem in dubio, an causa falso allegata fuerit motiva, an impulsiva? — Tunc valida censenda est dispensatio facta: cum in dubio jura faveant valori actus⁴. Ita Salmant. ^b cum Dicastro, Basilio, Sanchez, Palao, etc.

186. — « 8°. Subditus bona fide dispensationem petens, rationibus superiori allatis, potest, dispensatione impetrata, esse securus. Vide Laymann⁶. — [Idem dicunt Salmant. ^b cum S. Thoma, Sanchez et Bonacina].

« 9°. Peccat, qui aliquem inducit ad dispensandum sine causa, vel allegata falsa causa. — Navarrus, Sanchez⁸, Filiiuccius⁹, Salas¹⁰, qui addit id verum esse, etsi dispensans excusetur ob bona fidem.

« 10°. Dispensatio potest impetrari non tantum pro ignorante, sed etiam invito,

¹ Tr. 9, de Matr., cap. 14, n. 38. — Sanch., de Matr., lib. 8, disp. 21, n. 18 et 32. — Palau, tr. 3, disp. 6, punct. 16, § 3, n. 3. — Coninck, de Sacram., disp. 33, n. 61. — Sanc., de Relig., tr. 6, lib. 6, cap. 11, n. 4 et 5. — ² Tr. 9, de Matr., cap. 14, n. 35. — ³ Loc. cit., n. 36. — Basil. Pont., de Matr., lib. 8, cap. 17, n. 41. — Sanch., de Matr., lib. 8, disp. 21, n. 42 et 45. — Palau, loc. cit., § 5, n. 2. — Sanc., de Relig., tr. 6, lib. 6, cap. 27, n. 11. — ⁴ L. Quotiens 12, ff. de rebus dub. — ⁵ Tr. 9, de Matr., cap. 14, n. 37. — Dicast., tr. 10, de Matr., disp. 8, dub. 6, n. 115 et 118. — Basil. Pont., loc. cit., n. 41, v. f. — Sanch., de Matr., lib. 8, disp. 21, n. 20 et 25. — Palau, loc. cit., § 5, n. 3. — ⁶ Lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 12, sub iii. — ⁷ Tr. 11, de Decal., lib. 4, cap. 24, n. 26. — Beja, Respons. cas. conc., part. 2, cas. 10, v. Secundo notandum. — Sanc., de Relig., tr. 6, lib. 6, cap. 1, n. 13. — ⁹ Part. 8, tr. 3, res. 86 et 87. — ¹⁰ Prax. Poenitentiar., part. 1, v. Latoris, pag. 34. — ¹¹ Tr. 9, de Matr., cap. 14, n. 38, ex cap. Si motu proprio 23, de praebend., in 6°. — Sanch., de Matr., lib. 8, disp. 26, n. 5 et 6. — ¹² Part. 8, tr. 3, res. 24.

auctores allegant pro sola parte quae tractat de validitate. Et profecto in his terminis concordant auctores citati, si tamen Suarez excipiatur, qui, loc. cit., n. 6, de metu injuste incusso ait: « Probabile est irritari [dispensa-

« quando necessitas exigit ^a). Sanchez, Beja, contra Suarez. Vide Diana¹¹. — Id tamen locum non habet in ea quae Exceptio.

« impetratur ex Poenitentiaria Romana; nisi impetretur a personis conjunctis, vel consanguineis intra quartum gradum, vel saltem a confessario. Mar-

cus Leo¹². [Ita Salmant. ^b. A principali tamen, opus est, ut dispensatio acceptetur, ut Sanchez, etc.].

« Quaeres: an cessante causa dispensationis, cesset ipsa?

« Resp. Pro hoc servient sequentes regulae.

« 1°. Si tantum impulsiva seu minus principalis causa cesseret, manet dispensatio.

« 2°. Etsi cesseret pars causae motivae seu principalis, manet dispensatio. Vide Diana¹⁴.

« 3°. Si commissa facultate dispensandi, priusquam dispensetur, cesseret omnino causa principalis, nulla est dispensatio.

« 4°. Si, dispensatione redacta ad actum irrevocabilem, cesseret tota causa, non ideo cessat vel vim amittit. V. gr. dispensatum fuit in impedimento consanguinitatis, propter paupertatem foeminae: licet, contracto matrimonio, dvitias obtineat, non est irritum. Idem est, si beneficium per dispensationem obtinueris, et postea cesseret causa ob quam dispensatum fuit.

« 5°. Si, facta dispensatione, cesseret omnino causa finalis, et actus possit facile revocari; v. gr. dispensatum est in voto castitatis propter vehementes tentatio-

Cessante causa, quando cessa set dispensatio.

« nes, quae postea cessant, an reviviscat votum; vel in praecepto recitandi horas, « jejunandi, etc. propter infirmitatem, et « postea convalescit, an teneatur recitare, « jejunare, etc.? — Affirmant Sanchez, Amicus, Portellius^{b)}, Bonacina^{b)}, Leo^{b)}, etc.; « quia alias non esset justa. Negativam tamen sententiam probabilem et in praxi tutam esse censem Diana¹ ex Salas, Granado^{b)}, etc., si quidem dispensatio fuerit absoluta: quia obligatio legis semel extincta non reviviscit; et quod destruetum est, non reproductur, nisi ab eo qui producere potest. Vide Suarez^{a)}, Laymann, Praepositum^{a)}, etc., qui recte id concedunt, quando non est de re dividua et successiva; alias negant.

Unde, supposita probabilitate sententiae negativae, Granado, Diana, etc. sequentes casus (in quibus tamen alii melius contrarium sentiunt) resolvunt: [Vide n. 196].

« 1º. Cum quo dispensatum est propter morbum in esu carnium, potest vesci, licet omnino convalescat.

« 2º. Cum quo propter infirmitatem dispensatum est in voto religionis, postquam convalescit, non tenetur. Diana^{a)}.

Sanch., de Matr., lib. 8, disp. 30, n. 14. — *Amic.*, tom. 5, disp. 6, n. 173. — ¹ Part. 8, tr. 3, res. 24. — *Salas*, de Legib., disp. 20, sect. 6, n. 66 et 67. — ² De Legib., lib. 6, cap. 20, n. 15 et 18. — *Laym.*, lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 15 et 16. — *Granado*, in 1^{am} 2^{ae}, controv. 7, tr. 3, disp. 17, n. 1. — *Greg. Martinez*, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 97, art. 4, dub 2, v. In primis. — ³ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 10. — ⁴ Loc. cit., n. 11 et seqq. — *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 18, n. 20 et 23. — *Laym.*, lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 7 et 8. — *Palaus*, tr. 3, disp. 6, punct. 12, n. 2 et 6. — *Sanch.*, de Matr., lib. 8, disp. 4, n. 2, 11, 17 et seq. — *Tapia*, lib. 4, qu. 19, art. 4, n. 3.

^{b)} Portellius, in suis *Respons. mor.*, tom. 2, cas. 49, n. 20; et Bonacina, disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 10, n. 5, affirmant quidem eo casu cessare dispensationem; sed videntur in secundam sententiam recidere, dum suam sic limitant: Nisi superior, ob causam temporalem, quam sufficientem putat ad dispensationem perpetuam concedendam, absolute dispenset. — His consentit Granado, pro opposita sententia allegatus, dum ipse negat, controv. 7, tr. 3, disp. 17, n. 36 et seqq., cessare dispensationem, cessante omnino causa finali; sed, n. 43, distinguit infirmitatem quae temporena est, et prudenter creditur cessatura post aliquod tempus, ab infirmitate quae medicorum arbitrio creditur semper duratura; et negat infirnum, in primo casu, uti posse dispensatione cum convaluerit; in secundo vero casu, etiam forte convalescat, posse nihilominus dispensatione uti, quia censetur tum

« 3º. Cum quo propter oculorum infirmitatem dispensatum fuit in onore recitandi horas, etsi convaluerit, non tenetur legere».

187. — Deinde notandum, quod *dispensatio*, cum sit odiosa, stricte est accipienda⁴. *Potestas* contra dispensandi, cum favorabilis sit, late accipitur; ut Sanchez, Granado, Martinez, apud Salmant.⁵

Bene autem dari potest dispensatio tacita, quae colligatur ex conjecturis; ut si, sciens praelatus te esse excommunicatum, confert tibi beneficium, tunc tacite dispensat.

Requiritur tamen ad hoc *praesumptio voluntatis praesentis* superioris, vel *antecedentis* ad actum. Non enim sufficit *praesumptio* de futuro, v. gr. si sciret, dispensaret. Tantum licentia *praesumpta* de futuro admittitur; non vero dispensatio, quae est *vulneratio legis*. — Vide Salmant.⁶ cum Suarez, Laymann, Palao, Sanchez.

Quaeritur: *an superior, videns subditum agere contra legem, et tacens, cum facile posset corrigere, censeatur dispensare?* — Affirmant Salmant.⁷ cum Tapia,

Matr., lib. 8, disp. 2, n. 1. — *Granado*, in 1^{am} 2^{ae}, controv. 7, tr. 3, disp. 17, n. 1. — *Greg. Martinez*, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 97, art. 4, dub 2, v. In primis. — ⁸ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 10. — ⁹ Loc. cit., n. 11 et seqq. — *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 18, n. 20 et 23. — *Laym.*, lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 7 et 8. — *Palaus*, tr. 3, disp. 6, punct. 12, n. 2 et 6. — *Sanch.*, de Matr., lib. 8, disp. 4, n. 2, 11, 17 et seq. — *Tapia*, lib. 4, qu. 19, art. 4, n. 3.

dispensatio fuisse perpetua. — Leone vero, part. 1, de Form. votor., vers. *Effectus hic ultimus*, et seqq., quoad principium concordat, etsi forte minus quoad exemplum voti castitatis.

c) Praepositus, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 97, dub. 3, n. 31, id tunc concedit, cum non est de re dividua; subdit autem: « Aliqui tamen non improbabilius censem quod, quando dispensatio facta est, eo quod judicio medicorum infirmitas censeatur futura perpetua, censeri possit absoluta, et non tenetur aliquis jejunare, quamvis valetudinem recuperet ».

187. — ^{a)} Salmantenses, tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 15, affirmant in eo casu censeri superiorem dispensare; sed, n. 17, addunt: « Ceterum non debet praesumi ipsum de' facili [sese opponere] posse, nisi probetur; quia saepius tacendo se habet superior permissive, eo quod frequenter, ex subita resistantia, subditi

Sanchez, Palao^{a)}, Suarez^{b)}. Quia non est tunc *praesumendum* delictum superioris, qui aliter ex officio, et ad evitandum damnum, teneretur loqui. — Secus tamen dicendum, si superior non posset corriger sine incommmodo. Salmant.¹

De iis qui possunt dispensare.

188. — *Potestas dispensandi* alia est ordinaria, alia est delegata.

Summus Pontifex, potestate ordinaria, potest dispensare in quibuscumque legibus *canonicis*, etiam sanctis ab Apostolis, tamquam particularibus praelatis ecclesiasticis; ut sunt jejunium quadragesimale, observatio festorum in dominicis. Ita Salmant.² cum S. Thoma et communi. — Non vero in legibus *traditis ab Apostolis*, quas ipsi acceperunt a Christo Domino, tamquam auctore principali; ut sunt leges circa formas et materias sacramentorum, circa oblationem sacrifici, etc.

189. — Num autem *Papa possit dispensare in aliquibus praeeceptis divinis?*

Prima sententia affirmat, ex potestate delegata a Deo, quando expedit dispensatio. Ita Sanchez, Canus et Bonacina apud Salmant.³ qui vocant hanc satis probabilem. — *Secunda*, quam probabiliorem merito putant Salmant.⁴ cum S. Thoma, Pa-

Sanch., de Matr., lib. 8, disp. 4, n. 26; et *Decal.*, lib. 4, cap. 47, n. 46. — ¹ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 17. — ² Loc. cit., n. 30. — *S. Thom.*, Quodlib. 4, art. 18. — *Sanch.*, de Matr., lib. 8, disp. 6, n. 6. — *Canus*, Select. de Poenit., part. 6, v. f. vers. *Hic ergo quaestio.* — *Bonac.*, disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 2, n. 12. — ³ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 25. — ⁴ Loc. cit., n. 26. — *S. Thom.*, 2^{am} 2^{ae}, qu. 88, art. 10, ad 2. — *Palaus*, tr. 3, disp. 6, punct. 3, n. 5. — *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 6, n. 7 et seqq. — ⁵ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 27. — ⁶ 2^{am} 2^{ae}, qu. 88, art. 12. — ⁷ Tr. 17, de Voto, cap. 3, n. 84. — ⁸ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 31 et 32. — ⁹ Loc. cit., n. 33. — *Bonac.*, disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 1, n. 14.

exasperantur vel audacieores furent: et ob hoc praelatus, quamvis non dispenset, dissimulat. — Et Palaus, tr. 3, disp. 6, punct. 12, n. 3 et 5, omnibus Salmantencis dictis consentit.

^{b)} Suarez, quamvis a Salmantencibus allegetur ut dicit S. Alphonsus, ipse tam non sine restrictione huic sententiae adhaeret: « Nam sola taciturnitas dicta, inquit, tr. de Legib., lib. 6, cap. 13, n. 22, nunquam videtur mihi sufficiens indicium voluntatis positivae dispensandi.. Si tamen aliae circumstantiae adjungerentur, posset consummari *praesumptio*, ut si causa dispensandi, tam subdito et superiori singillatim, quam alteri de altero invicem nota esset, et intercederet aliqua occasio justa non petendi expressum consensum, et ex consuetudine vel necessitudine inter subditum et superiore, *praesumi* pru-

lao, Suarez, etc., negat; quia nullibi haec concessio reperitur Papae facta a Deo. — Objiciunt: Cur dispensare potest, ut minister Ordinis et Confirmationis sit simplex sacerdos? Resp. quod, ex jure divino, episcopus in his est minister ordinarius, non autem necessarius. Ita Salmant.⁵ — Vide dicenda de *Matrim.*, Lib. VI, n. 1119 infra.

Certum autem est, posse Pontificem et paelatos dispensare in votis; cum in his gerant vicem Dei. Ita S. Thomas⁶. Vide Salmant.⁷

190. — *Episcopus*, potestate ordinaria, potest dispensare in omnibus statutis, sive episcopalibus, sive latis a synodo diocesana, independenter a capitulo et clero, ut supra diximus. Et idem potest capitulum, sede vacante. — Hoc tamen non potest *vicarius generalis*, nisi expresse ab episcopo ei concedatur^{a)}. Vide Salmant.⁸

Episcopi possunt etiam dispensare in legibus *concilii provincialis*, in suis dioecesis; modo non sint concilio specialiter reservatae. Hoc enim expedit ad bonum regimen. — Salmant.⁹ cum Sanchez^{b)}, Suarez^{b)}, Bonacina, Palao^{b)}, etc.

Notandum quod legislator non potest dispensare in sua lege, si lex transeat in contractum; ut si dicat: *Gaudient immu-*

Potest dispensare in votis.

Potest ordinaria episcopi.

Non dispensatur, si lex transeat in contractum.

Si generaliter permittitur, inferior potest dispensare.

Episcopus potest in frequentioribus continentibus.

In legibus particularibus.

In communibus, si periculum sit.

nitate habitantes in tali loco, etc. Vide Salmant.¹ — Potest autem inferior dispensare in lege superioris, si in lege generaliter permittatur dispensatio; v. gr. si dicatur: *Donec dispensetur*. Salmant.² cum Cajetano^c, Bonacina, Suarez, Palao, etc.

Possunt etiam episcopi dispensare in rebus *quae communiter eveniunt*: in jejuniis, esu ciborum, observatione festorum, recitatione officii, votis non reservatis. — Salmant.³ cum Palao, Basilio, Bonacina, Soto^d, Suarez, etc., cum Busenbaum (*spra. n. 180*).

Item, in legibus latis a Papa pro illa particulari dioecesi; in quibus videtur relictia facultas dispensandi illius praelato. — Salmant.⁴ cum Soto, Valentia, Cajetano^e, Azor, etc., cum Busenbaum (*ibid.*).

Item potest episcopus dispensare in *legibus communibus pontificis*, v. gr. in impedimentis matrimonii, in irregularitatibus, in votis reservatis et similibus, quando non est facilis aditus ad Papam,

¹ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 35. — ² Loc. cit., n. 37. — ³ Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 1, n. 17, v. *Addit.* Silvester^f. — *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 14, n. 8. — *Palau.*, tr. 3, disp. 6, punct. 5, n. 1. — ⁴ Tr. 11, dē Legib., cap. 5, n. 38. — *Palau.*, tr. 3, disp. 6, punct. 5, n. 5. — *Basil. Pont.*, de Matr., lib. 8, cap. 6, n. 7. — *Bonac.*, disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 1, n. 17, v. f., v. *Secundo, quando praecipiuntur.* — *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 14, n. 9. — ⁵ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 39. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 1, qu. 7, art. 3. — *Valent.*, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 7, qu. 5, punct. 9. — *Azor*, part. 1, lib. 5, cap. 15, qu. 7, v. f. — ⁶ Loc.

cit., n. 39. — *Sanch.*, de Matr., lib. 8, disp. 6, n. 20; et lib. 2, disp. 40, n. 8. — *Basil. Pont.*, loc. cit. — *Palau.*, tr. 3, disp. 6, punct. 5, n. 7. — *Tapia*, lib. 4, qu. 20, artic. 5, n. 9. — *Granado*, in 1^{am} 2^{ae}, controv. 7, tr. 3, disp. 17, n. 8. — *Salas*, de Legib., disp. 20, sect. 3, n. 25. — ⁷ Loc. cit., n. 39. — *Tapia*, loc. cit., n. 10. — *Gregor. Martinez*, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 97, art. 4, dub. 2, v. *Similiter*. Cfr. Salmant., tr. 10, de Censur., cap. 2, n. 65. — *Tapia*, loc. cit., n. 11. — ⁷ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 40. — ⁸ Loc. cit. — *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 15, n. 1. — *Palau.*, tr. 3, disp. 6, punct. 5, n. 12. — *Basil.*, loc. cit., n. 9. — ⁹ Tr. 17, de Voto, cap. 3, n. 83.

et periculum est in mora: quia hoc expedit ad commune bonum. Salmant.⁵ cum Sanchez, Basilio, Palao, Tapia, Granado, Salas, etc. — Et hoc, etiamsi sit facilis recursus ad habentem facultatem dispensandi ex privilegio Pontificis. Salmant.⁶ cum Tapia et Martinez.

Parochi possunt etiam dispensare cum suis ovibus in jejunio et observatione festorum, ubi non est facilis recursus ad episcopum. Suarez^f et Tapia. — Immo, ex consuetudine, etiamsi sit facilis recursus ad episcopum, posse semper parochos dispensare in his duobus praecipitis, testantur Sanchez^g, Granado^g, Silvester^h) apud Salmant.⁷ Vide Lib. III, n. 288.

Et in his omnibus dicuntur episcopi dispensare jure ordinario, cum talis facultas eis competitat vi proprii officii, cui est perpetuo annexa. Salmant.⁸ cum Suarez, Palao, Basilio, etc. — Et ideo bene possunt eam aliis delegare; ut certum est. Vide n. 193, cum Salmant.⁹.

⁹ *Cajetanus*, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 97, art. 4, hanc sententiam ita coarctat: «Nisi forte adeo notabilis casus sit, ut merito superior consendum occurrat».

¹⁰ *Silvester*, de Legib., lib. 6, cap. 14, n. 10, eam facultatem parochis concedit, dumtaxat ubi et in quibus consuetudo invaluerit, subdens: «De consuetudine autem solent dispensare in casibus particularibus occurrentibus, in quibusdam frequentioribus praecipitis, ut jejuniis, in festorum observatione, quoad vancundum ab operibus».

¹¹ *Sanchez*, de Matr., lib. 8, disp. 9, n. 27; et Granado, in 1^{am} 2^{ae}, controv. 7, tr. 3, disp. 17, n. 9, concedunt quidem parochos ex consuetudine semper posse dispensare in lege jejuniis; sed quoad festorum observationem, non dicunt eos semper id posse, sed solum ubi fuerit legitima consuetudo introducta. Accuratus ergo poterant a Salmant. citari.

¹² *Silvester*, v. *Jejunium*, qu. 7, ad 4, n. 20, hic a Salmant. citatur ex Tapia; sed ipse loquitur tantum de jejuniis lege, et dicit Rode-

Parochi quid possint.

In his episcopis dispensare jure ordinario.

In reliquis nichil potest episcopus.

191. — Quaeritur 1^o. *An*, praeter dictos casus, possit episcopus dispensare in legibus superioris, in quibus non sit reservata dispensatio?

Prima sententia affirmat; quia, hoc ipso quod superior eam non reservat, videtur eam concedere; aliter, ad quid deserviret reservatio? Ita Sotus¹, Covarruvias²; et probabilem dicunt Palau³ ac Bonacina⁴, dum oppositam tantum probabiliorem vocant; sed expresse docet, vocatque communem D. Antoninus⁵, dicens: *Episcopi autem dispensare possunt, secundum communem opinionem doctrinam in his quae non sunt eis a jure prohibita.* — Eamdemque tenet etiam Glossa in cap. Nuper, de sent. excomm.; ex quo canone, praefati auctores hanc sententiam probant. Cum enim ibi quaesitum fuerit a quodam episcopo, an ipse potuisse absolvere ab excommunicatione lata a jure; affirmative respondit Pontifex, sic inquiens: *Quia tamen conditor canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi.* Et ibi Glossa⁵ sic addit: *Et est hic argumentum, episcopos posse dispensare, ubi specialiter dispensatio non est inhibita...; et concessum videtur quod non est prohibitum;* ff. Ex quibus caus. maj., 1. Necnon.

Hanc primam sententiam olim probabilem censui. — Sed, re melius perpensa, omnino tenendam puto secundam oppositam, quam tenent Suarez⁶, Bonacina⁷, Palau⁸, Salmant.⁹ cum Pontio et Salas; itemque Benedictus XIV¹⁰. Favetque S. Thomas¹¹, ubi ait: *In lege humana publica non potest dispensare, nisi ille a quo lex auctoritatem habet, vel is cui ipse commiserit.* — Ratio est, quia infe-

¹ In 4, dist. 27, qu. 1, art. 4, v. *At quo.* — ² Tr. 3, disp. 6, punct. 4, n. 7. — ³ Disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 1, n. 17. — ⁴ Part. 1, tit. 17, cap. un., § 20. — ⁵ In verb. *Non retinuit.* — ⁶ De Censur., disp. 7, sect. 4, n. 1 et seqq. — ⁷ Disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 1, n. 17. — ⁸ Tr. 3, disp. 6, punct. 4, n. 8. — ⁹ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 48. — *Pont.*, de Matr.,

ricum videri sentire, quod possit dispensare proprius sacerdos; et ipse Silvester concludit: «S. Thomas autem... tenet quod sacerdos potest dispensare et praelatus in religione».

¹⁰ 1^{am} 2^{ae}, cap. 6, n. 1. — *Salas*, de Legib., disp. 20, sect. 3, n. 20. — ¹¹ De Synodo, lib. 13, cap. 5, n. 7 et 11. — ¹² Tr. 1^{am} 2^{ae}, qu. 97, art. 4, ad 3. — *Suar.*, de Censur., disp. 7, sect. 4, n. 3. — ¹³ Loc. cit., n. 6, 7 et 9. — *Sotus*, in 4, dist. 22, cap. 2, art. 3, concl. 3. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 39. — ¹⁴ Cap. *Dilectus 15*, de tempor. ordinat.

rior nihil potest in lege superioris, ut expressum est in Clement. 2, de elect., ubi dicitur: *Lex superioris per inferiorem tolli non potest.*

Nec prorsus concludit textus citatus in cap. Nuper pro prima sententia; valde enim differt facultas absolvendi a censuris, a facultate dispensandi in legibus canonici; prout sapienter scribit Pater Suarez. — Verum est leges, in quibus impununtur censurae, etiam leges esse; sed commune est apud omnes, et constat ex consuetudine recepta, quod censurae non reservatae, praesertim excommunicaciones, bene possunt absolves ab episcopis et a parochis, et adhuc ab approbatis confessariis; ut probat Suarez¹² cum Soto, Navarro et aliis. Unde in hoc bene urget ratio apud textum allata, nempe quod, cum legislator non sibi reservaverit absolutionem a censura, videtur praebuisse facultatem aliis eam absolvendi. — Sed quoad dispensationes in legibus pontificiis, nequaquam adest haec communiter recepta consuetudo, ut ipsae concedantur ab episcopis, semper ac non sint expresse Pontifici reservatae; sed circa ipsas procedit generale et certum axioma, quod ex ipsa natura rei oritur, quod inferior nequeat dispensare in legibus superioris: prout habetur exemplo expressum in alio canone¹³, ubi dicitur quod, circa leges ordinationum, episcopus dispensare non potest, ideo nimur, quia id episcopis minime est concessum: *Cum illi hujusmodi dispensatio a canone minime sit permissa;* sunt verba textus. Et nota, quod ibi non dicitur: *cum non sit prohibita;* sed: *cum... minime sit permissa.* Nec jam anterius aderat aliqua prohibitio episcopis dispensandi in tali materia; sed tantum id ade-

sent, sed de eo de quo supra, n. 190, v. *Notandum*, S. Alphonsus tractavit. «Ubi a canone dispensatio permittitur, ita Covarr., nec ea denegatur episcopo, poterit is dispensare, quamvis sit constitutio concilii universalis».

rat, quod talis dispensatio ipsis nunquam permissa fuerat; ex quo Glossa recte infert: *Argumentum opinionis quod episcopi dispensare non possunt, nisi in casibus sibi concessis a jure.*

Nec valet dicere quod episcopi immediate a Deo jurisdictionem habent: juxta sententiam Natalis Alexandri, Contin. Tournely, Sotii^{b)}, Vasquez, Victoriae^{b)} et aliorum; et ideo possunt dispensationem impetrari, ubi illa non est eis specialiter vetita. — Nam respondetur quod, licet praefata sententia sit satis probabilis; attamen nemo negat talem jurisdictionem semper esse Pontifici subordinatam.

Praeterea arguimus adversus primam opinionem, quod, si ratio illius fautorum valeret, non solum episcopi, sed etiam parochi dispensare possent eodem modo in legibus pontificiis; dum etiam parochis permissum est absolvere a censuris non reservatis, ut loquitur textus in cap. *Nuper* allatus, dicens: *A suo episcopo vel a proprio sacerdote poterit absolutionis beneficium obtainere.* Sed hoc quis audebit dicere?

Glossa, in v. *Permissa* - *Natal. Alex.*, lib. 2, de Ordine, capit. 1, artic. 8. - *Contin. Tourn.*, de Ordine, part. 2, cap. 4, artic. 3. - *Vasq.*, in 3^{am} part., disp. 240,

^{b)} Sotus et Victoria oppositum tenent: Sotus enim, in 4, dist. 20, qu. 1, art. 4, concl. 2, scribit: « Summam ecclesiasticae potestatis primum contulit Christus Petro, tamquam ejus vicario et Ecclesiae capiti, quod ipse constituit, a quo ejusque successoribus in eadem sede, eadem jurisdictione in totam ecclesiasticam hierarchiam derivatur ». Quod inferius sic explicat: « Nullus praeter Petrum reliquit successorem, ut per suam auctoritatem, et episcopi omnes et clerici ab una sede Petri illam recipiunt ». — Victoria autem; etsi, *Reflect. 2, de Potest. Eccl.*, n. 27, videatur adhaerere sententiae hic relatae a S. Alphonso; at certe, *ibid.*, n. 30, expresse scribit: « Nunc non potest episcopus fieri, nisi secundum formam traditam a Summis Pontificibus; et si secus tentatum fuerit, nihil efficietur ratum, sed totum erit irritum et inane. Dico vero quantum ad auctoritatem jurisdictionis ». Et addit: « Tota potestas ecclesiastica sive ordinis sive jurisdictionis, mediate vel immediate, pendet a sede Petri. Patet, quia ab illa sede pendent episcopi; ab eis, presbyteri et omnes inferiores ordines et potestates ». Cfr. etiam *Sum.*

Quoad autem axioma a pluribus DD. admissum (ut referetur *Lib. VI*, n. 980, v. *Sed dubitatur*), nempe quod, quidquid potest Papa in tota Ecclesia, potest episcopus in sua dioecesi, nisi specialiter id ei prohibeat, ait Pater Suarez¹⁾, aut non admittendum, aut admittendum dumtaxat in iis rebus, quae spectant ad communem directionem animarum, et quae sunt moraliter necessariae; sed ad hunc ordinem nequaquam pertinere dispensationes legum canonicarum^{c)}. — Hoc tamen non excludit, ut scribit Bonacina²⁾, quod episcopi dispensare possint in iis casibus qui frequenter occurunt et saepe dispensatione egent; aut vero (inquit) cum aliqua gravis urget necessitas aut gravis utilitas, et tunc non possit commode Apostolica Sedes adiri: juxta quae dicentur in *Append. de Privil.*, n. 40.

192. - Quaeritur 2^o. *Quid in dubio, an casus indigeat dispensatione?*

Resp. quod, sive dubium sit positivum, sive negativum, potest subditus uti sua libertate^{a)}. — Consultius tamen est tunc adire praelatum, qui declareret vel dispenset; cum in tali dubio bene possit etiam

num. 41 et seqq. — ¹ De Censuris, disput. 7, sect. 4, num. 5. — ² Disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 1, num. 17, vers. finem.

sacram. Ecclesiae, ex doctrina R. P. F. Francisci a Victoria, *de Clavibus*, n. 5, ubi haec habentur: « Imo crediderim, inquit, omnem potestatem episcoporum (qui sunt Apostolorum successores) a Petro et successoribus, Romanis Pontificibus, esse derivatam; ita quod successor Petri est immediatus vicarius Christi et a Christo accepit potestatem... Sed successores Apostolorum nec suscepserunt potestatem ab ipsis Apostolis nec a Christo immediata, sed mediate a Romano Pontifice ». Et inferius: « Successores Apostolorum, cum manifeste ordinentur ab hominibus, potestatem ordinis non immediate a Deo accipiunt; potestatem autem jurisdictionis accipiunt a Romano Pontifice immediate ».

^{c)} Per se scilicet, uti notat ipse Suarez. 192. - ^{a)} Excipliuntur tamen dispensationes matrimoniales; in his enim non solum agitur de valore contractus, sed etiam sacramenti; ideoque non possumus operari cum dubio, imo nec cum opinione probabili circa factum, (si tamen circa factum potest dari opinio probabilis). Ita S. Alphonsus in *Hom. ap.*, tr. 2, n. 51.

Item in votis dubiis.

Item in causa dubie sufficienti.

Dubius an opus sit dispensatio, liber est.
Praelatum adire, consultius.

praelatus inferior dispensare sine conces- sione legislatoris^{b)}. Ita Palaus¹⁾, Laymann²⁾ et Salmant.³⁾ cum Sà et Diana.

Idem dicunt⁴⁾ Suarez et Sanchez de dubio circa *vota reservata*.

Idem, in dubio an adsit *causa sufficiens* ad dispensandum, Salmant.⁵⁾ cum Cajetano^{c)}, Granado^{c)} et Silvestro^{c)}. Idque asserit Croix^{d)} tenere Sanchez, Gobat et Tamburinum, quia potestas dispensandi late interpretanda est; intellige: si data sit, non per modum commissionis, sed gratiae (ut infra dicetur n. 194, v. *An autem*); et tunc dispensans non obligatur ad examen de plena sufficientia causae.

Notat autem Palaus⁷⁾ cum Covarruvias, Sanchez, Suarez, Basilio, etc., quod potestas, quam habent praelati inferiores dispensandi ratione officii in legibus superioris, utpote in casibus qui frequenter occurunt, debet dici potius ordinaria, quam delegata.

193. - Circa potestatem autem *delegatam* dispensandi, notandum, quod quisque habens potestatem ordinariam potest eam delegare. Et tunc, si delegatio est per modum commissionis pro certo casu, exspirat morte concedentis, si res sit adhuc integra; si vero per modum gratiae, tunc non exspirat^{e)}. — Pariter, quisque inferior, qui jure ordinario potest dispensare in legibus superioris (ut possunt episcopi in jejuniis, votis, etc., ut supra diximus

¹ Tr. 8, disp. 6, punct. 5, n. 10. — ² Lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 4. — ³ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 45. — ⁴ Sà, v. *Dispensatio*, num. 1. — ⁵ Diana, part. 4, tr. 3, res. 46. — ⁶ Apud Salmant., loc. cit. — ⁷ Suar., de Relig., tr. 6, lib. 6, cap. 26, n. 6. — ⁸ Sanch., Decal., lib. 4, cap. 40, n. 26. — ⁹ Loc. cit., cap. 5, n. 46. — ¹⁰ Lib. 1, n. 804. — ¹¹ Sanch., Decal., lib. 4, cap. 45, n. 10. — ¹² Gobat, tr. 9, n. 683. — ¹³ Tambur., Decal., lib. 1, cap. 3, § 7, v. *Dispensatio*, n. 6. — ¹⁴ Tr. 3, disp. 6, punct. 5, n. 12. — ¹⁵ Covar., Variar. resol. lib. 3, cap. 20, n. 6 et 10. — ¹⁶ Sanch., de Matr., lib. 2, disp. 40, n. 14. — ¹⁷ Suar., de Legib., lib. 6, cap. 15, n. 1. — ¹⁸ Basil., de Matr., lib. 8, cap. 6, n. 9. — ¹⁹ Reg. 16, de reg. jur., in 6^o. — ²⁰ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 51. — ²¹ Cap. *Quoniam*, § 1, de off. et pot. judic. deleg. — ²² Ex leg. 1, § 1. Ab eo, ff. *Quis a quo*. — ²³ Tom. 1, qu. 1, cap. 8, § 5. — ²⁴ Cap. *Cum ad monasterium* 6, de statu monachor. — ²⁵ Peyrin., loc. cit., cap. 8, § 5, v. *Dico 10*. — ²⁶ Rodriguez, *Quaestio*, regul., tom. 1, qu. 26, art. 1, init. — ²⁷ Angel., v. *Dispensatio*, n. 8, v. *No*, — ²⁸ Silvestr., v. *Dispensatio*, n. 20, quer. 14, vers. *No*. — ²⁹ Turrecremata, in reg. B. Benedict., tr. 148, dub. 3. — ³⁰ *Miranda*, Manual praelat., tom. 2, qu. 9, art. 6, concl. 3. — ³¹ *Glos. in can. Monachum*, caus. 20, qu. 4, in v. *Remittatur*.

^{b)} Ex auctoribus hic citatis, Palaus, Laymann et Sà dicunt, non quidem *consultius* esse episcopum adire; sed posse episcopum eo casu dispensationem concedere, vel declarare eam non esse necessariam.

^{c)} Cajetanus, in *2am 2ac*, qu. 147, art. 4; Granado, in *1am 2ac*, controv. 7, tr. 2, disp. 6, sect. 1, n. 2; Silvester, v. *Dispensatio*, n. 20, qu. 14, non loquuntur expressis verbis de dubio an adsit causa sufficiens; sed in genere tantum, de casu quo causa dispensandi est dubia.

n. 190), potest etiam delegare potestatem dispensandi; modo hoc ei non sit limitatum. Vide Salmant.⁹⁾

Delegatus autem nequit subdelegare, nisi sit delegatus a principe, sive a Papa¹⁰⁾; vel nisi sit ab inferiore ordinario delegatus ad universitatem causarum¹¹⁾; aut nisi concessa sit facultas subdelegandi. — Sed de his sedulo observa quae dicentur *de Sacram. Poenit.*, Lib. VI, n. 566, v. *Generaliter*.

194. — Nota, quod praelati regulares non possunt dispensare in regula, nisi iis concedatur a *privilegio vel a jure*. — Ratione *privilegii*, quod ex se muneri praelati adnectitur, possunt praelati etiam inferiores dispensare: 1^o in rebus levibus, quae scilicet sub levi praecipiuntur; 2^o in rebus frequentibus; 3^o in statutis propriis, scilicet quae sunt propria illius conventus. — Peyrinus¹²⁾ et Palaus¹³⁾, cum aliis.

Ratione autem facultatis iis concessae a *jure*, praelatus dispensare nequit in votis essentialibus¹⁴⁾. — In aliis vero regulis bene potest in casu particulari, nisi expresse sit ei interdicta dispensatio. Ita Peyrinus cum Rodriguez, Angelo, Silvestro, Turrecremata, Miranda. Talem enim facultatem praelati habent a *jure*¹⁴⁾. Et ratio est, quia, cum lex humana non possit partem omnibus casibus, expedit ut in particularibus rectores provideant; alioquin non sufficienter provideretur bono communi. Et ideo, ex S. Thoma¹⁵⁾, quis-

Delegatus quando pos- sit subdele- gare.

Regulares praelati, in quibus di- spensent.

194. — ^{a)} Palaus his utique consentit, tr. 3, disp. 6, punct. 5, n. 4 et 5, excepto tamen eo quod sub 3^o habetur, de quo ipse, n. 6, scribit: « Verum mihi probabilius apparet non inferri satis potestatem dispensandi, ex eo solo quod lex pro illa tantum communitate lata sit ».

^{b)} S. Thomas, *1a 2ac*, qu. 97, art. 4, docet rectorem multitudinis posse ex causa dispensare in lege humana « quae suae auctoritati innititur »; sed in resp. ad 3, subdit: « In

que rector habet potestatem dispensandi in lege humana, ex justa causa. Sed adverte dicta n. 191.

An autem subditus teneatur obedire praelato praecipienti aliquid contra regulam?

Resp. Negative, si certum sit rem praecipit esse contra regulam, atque constet praelatum in illa non posse dispensare, vel non duci ex causa justa: ut Peyrinus¹, Sanchez², Salmant.³ — At Salmant.⁴ dicunt praelatum jubentem aliquid probabiliter licitum, vel quod non sit certe injustum, juste jubere; alias magna confusio adesset, si jubere nequieren praelati nisi evidenter justa. Vide dicta n. 31.

An autem facultas delegata dispensandi sit late vel stricte interpretanda?

Resp. *late*, si concessa sit per modum gratiae, ut supra; *stricte*, si per modum commissionis pro certo casu. — Laymann⁵, Sanchez⁶, Salmant.⁷ cum Tapia, Basilio, etc.

Ipsa vero *dispensatio*, cum sit odiosa, semper stricte sumenda est; nisi dispensatio sit debita; vel sit ex motu proprio principis⁸; vel sit inserta in corpore juris; vel tandem nisi concedatur communitati, vel ad bonum commune. In his enim casibus late accipienda est. Ita Salmant.⁸ cum Tapia.

195. — Quaeritur autem: *quotupliciter dispensatio cessare possit?* — Ad hoc praenotandum est quod, si dispensatio jam sortita sit suum effectum, vel si dispensationi fuerit adjuncta aliqua commutatio oneris; tunc, etiam cessante causa, dispensatio non cessat. Vide Salmant.⁹.

¹ Tom. 1, qu. 1, cap. 8, § 5, *Dico 8*, vers. *Ad hoc autem*. — ² Decal., lib. 6, cap. 3, n. 8. — ³ Tr. 15, de Statu relig., cap. 6, n. 72. — ⁴ Loc. cit., n. 66 et 67. — ⁵ Lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 6. — ⁶ De Matr., lib. 8, disp. 2, n. 1 et 6. — ⁷ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 53. — ⁸ Tapia, tom. 1, lib. 4, qu. 20, art. 11, n. 2 et seqq. — ⁹ Basil. Pont., de Matr., lib. 8, cap. 4, n. 13 et seqq. — ¹⁰ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 54.

lege humana publica non potest dispensare, nisi ille a quo lex autoritatem habet, vel is cui ipse commiserit».

^{c)} Nempe: «In publicam utilitatem», ut Salmantenses et Tapia explicant.

196. — ^{a)} Bonacina hanc sententiam probabilem arbitratur, *disp. 1*, de Legib., qu. 2,

Notandum etiam est circa *causas dispensationum*, quod aliae causae per se excusant a praecipto, puta jejunii, officii divini, etc. Et istae non egent dispensatione, si sint certe vel saltem probabiliter justae. — Aliae vero sufficiunt ad dispensationem, sed ea indigent. Sufficiens nempe causa est dignitas potentis, aut superioris, ut benignum se ostendat; necnon utilitas communis vel privata, et similes. Vide Salmant.¹⁰ — In dispensationibus autem impedimentorum in matrimonii, sufficit pro causa solutio pecuniae in subsidium Ecclesiae, ut est praxis. Salmant.¹¹ cum communi.

Tribus autem modis dispensatio cessare potest: 1^o. Per *cessationem causae*. 2^o. Per *revocationem dispensantis*. 3^o. Per *renuntiationem dispensati*.

196. — Et 1^o. Per *cessationem causae*, si cessat causa motiva et totalis. — Secus autem, si cessat causa impulsiva, aut cessat motiva, sed non totaliter; nam si aliquid istius perduret, adhuc perdurat dispensatio; ut Busenbaum (supra, n. 186, v. *Quaeres*) cum Salmant.

At si dubium sit an totaliter cessaverit, standum est pro dispensatione, quae possidet. Salmant.¹² Vide *Lib. VI*, n. 1132.

Quaestio vero est: *an certo cessante totaliter causa, pereat dispensatio?*

Prima sententia affirmit; quia valor dispensationis pendet a voluntate superioris, qui praesumitur nolle dispensare, nisi pro tempore quo causa duret. Ita Sanchez¹³, Bonacina¹⁴, et Dicastillus¹⁵, Coninck, Hurtadus et Trullench apud Salmant.¹⁶ — Secunda sententia negat. Ratio, qui obligatio legis jam ablata per dispen-

Causae dispensationis quae.

Absolute concessa, quae.

Cessante causa, quando cesseret dispensatio.

Cessante totaliter causa, probabiliter cessat.

Probabiliter manet, nisi sit conditionata.

¹⁰ Tapia, loc. cit., qu. 20, art. 13, n. 2 et seqq. — ¹¹ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 86 et 87. — ¹² Loc. cit., n. 73 et 74. — ¹³ Loc. cit., n. 72. — ¹⁴ Salmant., loc. cit., n. 88. — ¹⁵ Loc. cit., n. 88, v. f. — ¹⁶ De Matr., lib. 8, disp. 20, n. 14. — Coninck, de Matr., disp. 33, n. 99 et 102. — Gasp. Hurtad., de Matr., disp. 26, diff. 3, n. 15. — Trull., de Sacram., lib. 7, cap. 10, dub. 6, n. 5. — ¹⁷ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 89.

punct. 10, § 1, n. 5; sed oppositam, ut ipse S. Alphonsus, etiam probabilem, n. 9, reputat, praesertim in iis, in quibus Papa potest absque causa dispensare.

^{b)} Dicastillus, tr. 10, de Matr., disp. 8, dub. 5, n. 102, «plusculum» in hanc sententiam inclinat, et in praxi consulendam esse affirmat.

sationem non redit, nisi rursus imponatur a legislatore. Ita Pontius¹, Suarez², Palaus³, Laymann⁴ et Salmant.⁵ cum Perez⁶, Salas, Sa, Angelo⁷, Silvestro⁸, Tapia⁹, etc. Et probabilem vocant Sanchez, Dicastillus et Trullench. Et probatur ex reg. 73, de reg. jur., in 6^o: *Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, a quo non potuit inchoari*. Secus vero dicendum, si dispensatio non fuerit concessa absolute, sed sub conditione expressa vel tacita, si causa perduret.

Utraque sententia satis probabilis videtur.

Sed difficultas magis urget: *quandom dispensatio censenda sit concessa absolute; et quando sub tacita illa conditione: si causa duret?* — Resp. quod si causa judicatur perpetua, tunc dispensatio censetur data absolute, etsi postea per accidentis causa cesseret.

Hinc dicunt Salmant.⁴ quod, si quis obtineat dispensationem ab officio vel abstinentia a carnibus pro infirmitate, quae existimatur perpetua; tunc, etiamsi valetudo superveniat, potest uti dispensatione. — Sed huic minime acquiesco; quia in iis casibus, puto dispensationem omnino censendam esse factam sub conditione. Consentio autem cum Salmant.⁵, quod irregularis, qui obtinuit dispensationem ob paupertatem parentum, ob inopiam ministeriorum vel ob honestatem morum,

bene possit illa uti, etsi casu postea cessent illae causae. — Secus autem, si causa judicatur tantum pro tempore duratura. Hinc, si quis obtinet dispensationem a jejunio, ob infirmitatem quae non judicatur perpetuo duratura; cessante causa, cessat dispensatio.

Quando vero dispensatio est absolute concessa, non cessat per unum actum: v. gr., obtinuisti dispensationem in voto castitatis ad contrahendum matrimonium;

Absolute concessa non perit uno actu.

Exceptio.

mortua conjugi, perdurat dispensatio: nisi fuerit concessa absolute, sed sub conditione expressa vel tacita, si causa perduret.

197. — 2^o. Cessare potest dispensatio per revocationem dispensantis. — Et quidem, cessante causa, vel alia nova contraria superveniente, superior dispensationem revocare potest; immo tenetur, cessante totaliter causa motiva. Peccabit tamen (sed tantum leviter) revocans sine causa, licet revocatio valeat. — Bonacina⁷, et Salmant.⁸ cum Tapia.

Etiam praelatus inferior, qui potest concedere dispensationem, sive jure ordinario, sive ex commissione legislatoris, potest ex justa causa dispensationem revocare; sine tamen causa, nulla erit revocatio. — Bonacina⁹, Sanchez¹⁰, et Salmant.¹¹ cum Salas, Tapia¹², etc.

¹ De Matr., lib. 8, cap. 20, n. 4. — ² Tr. 8, disp. 4, punct. 15, n. 7. — ³ Loc. cit., n. 90. — Salas, de Legib., disp. 20, sect. 6, n. 67. — Sa, v. Gratia, n. 6. — Sanch., de Matr., lib. 8, disp. 30, n. 13. — Dicast., tr. 10, de Matr., disp. 8, dub. 5, n. 102. — Trull., loc. cit., cap. 10, dub. 6, n. 5. — ⁴ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 91. — ⁵ Loc. cit., n. 92. — ⁶ Loc. cit., n. 94. — Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 10, § 8, n. 1. — Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 22, art. 1, num. 6 et 7.

⁷ Loc. cit., punct. 10, § 2, num. 2. — ⁸ Loc. cit., num. 97. — Tapia, tom. 1, lib. 4, qu. 22, art. 3, num. 2 et seqq. — ⁹ Loc. cit., punct. 10, § 2, num. 2, i. m. — ¹⁰ De Matr., lib. 8, disp. 33, num. 12. — ¹¹ Tr. 11, de Legib., cap. 5, num. 99. — Salas, de Legib., disp. 20, sect. 18, num. 126, concl. 3.

¹² Tapia, tom. 1, lib. 4, qu. 22, art. 1, num. 6 et 7.

¹³ Angelus, v. Dispensatio, n. 14, loquitur de casu quo ille cui commissa erat dispensatio, moritur post dispensationem quidem concessam, sed antequam dispensatus ea usus fuerit. Quo casu negat Angelus cessare dispensationem. Ratio autem quam afferit, cum casu nostro congruit, et est: «Quia dispensatio canonice semel facta, ex supervenienti facto non retractatur». — Eademque notanda veniunt de Silvestro, v. Dispensatio, n. 11, qu. 6.

¹⁴ 197. — ^{a)} Tapia, loc. cit., n. 8, illicitam esse dicit revocationem, si sine causa facta

Quando ab inferiori.

Quando
esset mor-
talis.
dispensantis.

Notandum hic, quod dispensatio quae absolute sit concessa, non cessat morte dispensantis, quicumque ille sit, sive superius sive inferior: cum dispensatio sit gratia, et gratia non spiret morte concedentis. Excipe, si superior dispensaverit, *donec ei placuerit, vel ad suum arbitrium;* tunc enim morte ejus spirat, si res adhuc sit integra: puta si confessarius nondum incepit audire confessionem. — Si vero dispensatio concessa sit, *donec revocetur;* tunc non spirat morte concedentis: idem, si concessa sit *ad arbitrium Sedi Apostolicae vel episcopi,* tunc neque spirat morte Pontificis aut episcopi. — Vide Salmant. ¹.

198. - 3^o. Cessat dispensatio per *renuntiationem dispensati;* quod ipse bene facere potest, quando effectus dispensatio non secutus: nisi renuntiatio redundet in damnum alterius vel communis, in cuius favorem sit impensa dispensatio; vel nisi praelatus praecipiat subdito uti dispensatione concessa, ex justa causa. — Salmant. ² cum Cajetano et Tapia.

Potest igitur dispensatus renuntiare dispensationi expresse, et etiam tacite; et consummata renuntiatio, nequit illa amplius uti. Consummata autem intelligitur renuntiatio, quando a superiore renuntiatio acceptatur; alias dispensatio durat. — Salmant. ³ cum Suarez, Tapia, Bonacina, etc.

Quando autem intelligatur facta tacita renuntiatio dispensationis?

Alii dicunt, quando dispensatus per decennium illa non utitur, cum uti pos-

¹ Loc. cit., n. 95 et 96. — ² Loc. cit., n. 100. — *Cajetan.*, in 2^o 2^o, qu. 97, art. 4, dub. 3, concl. 4, vers. *Secundo potest.* — ³ Loc. cit., n. 104, art. 5, ad 3, vers. *Ad hoc dicitur.* — *Tapia*, tom. 1, lib. 4, qu. 22, art. 9, n. 2 et 3. — ⁴ Loc. cit., cap. 5, n. 101. — *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 20, n. 8. — *Tapia*, loc. cit., art. 6, n. 4; et art. 8, n. 4. — *Bonac.*, disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 10, § 2, n. 3 et 5. — *Gregor. Mar-*

fuerit; de validitate vero non loquitur; immo remittit lectorem ad n. 4 et 5, ubi revocationem dispensationis, factam a superiore sine causa, illicitam quidem esse ait, sed validam. In reliquis concordat, n. 7.

198. - a) *Sanc. ez, de Matr.*, lib. 8, disp. 32, n. 6, admittit quidem in hoc facto tacitam contineri renuntiatio; nihilominus priorem dispensationem perire negat, eo quod ea [renuntiatio] non fuerit a concedente ac-

sit; ut ait Martinez. — Alii, ut Sanchez ^{a)} et Gordon ^{a)}, quando dispensatus actum contrarium ponit; puta, si obtenta dispensatione ad contrahendum cum una, querat inde contrahere cum alia. — Sed per ista signa nullo modo censerit factam renuntiatio, tenendum esse dicunt Salmant. ⁴ cum Suarez et Tapia. Hinc inquietum, quod dispensatus ad contrahendum cum una, bene potest illa dispensatione uti, etiam postquam cum alia contraxerit quae mortua sit; vel, postquam emiserit votum castitatis, voti dispensatione postea tantum obtenta. — Denique, qui habuit dispensationem jejunii, officii divini, potest illa uti, etsi officium et jejunium postea servaverit. Ita Salmant. ⁵.

Hic libet addere aliqua I^o de Cessatione legis; II^o de Interpretatione; III^o de Epiceja.

I^o. — De Cessatione legis.

199. - Nota, quod per legem generalem nunquam abrogatur lex particularis alicuius loci; nisi expresse dicatur: *Non obstante quacumque lege particulari.* — Salmant. ⁶ cum Sanchez, Palao, Bonacina, etc.

Sed hic notanda est quaestio illa magna inter doctores: *An cesserat lex, cessante fine adaequato legis?* — Finis adaequatus est ille, qui est totalis finis legis: nam si lex plures fines habeat, finis adaequatus ex omnibus illis constituitur. — Hoc posito, certum est quod, cessante fine adaequato seu totali legis in communi, cessat lex: ut si vovisti non ingredi

*Actus con-
trarius.*

*Non cen-
sentur re-
nuntiatio.*

*Non requi-
ritur decla-
ratio.*

*Cessante
privative in
particulari,
manet lex.*

*Juxta alios
cessat.*

*Cessante
fine adae-
quato com-
muniter,
cessat lex.*

talem domum ob periculum fornicationis, cessante periculo, cessat votum. Ratio, quia lex cum sit inutilis, vim amittit obligandi. Ita D. Thomas ¹, et Salmant. ² cum communi.

An vero tunc sit exspectanda declaratio legislatoris vel contraria consuetudo? — Affirmant aliqui; sed alii omnes negant cum Salmant. ³ Sufficit enim, ut mihi in particulari constet, vel saltem probabile sit (ut Salmant. ⁴ cum Palao et Granado), cessasse in communi finem legis adaequatum ^{a)}.

Quaestio urget: an cesserat lex, cessante fine adaequato in casu particulari?

Prima probabilior sententia negat, si tantum cessat privative, scilicet, si lex tunc redderetur inutilis. Nam si cessat contrarie, quando scilicet materia legis redderetur in illo casu nociva vel valde difficilis; tunc omnes asserunt legem non obligare. — Ratio dictae primae sententiae est, quia, licet cesserat finis damni in casu particulari, non tamen cessat finis periculi in communi; ideo tunc non cessat finis adaequatus. Ita Salmant. ⁵ cum D. Thoma ⁶ ac Soto, Suarez, Palao et communiori.

Altera vero sententia — quam tenent Cajetanus ⁷, Silvester ⁸, Angelus ⁹; item

¹ 1^o 2^o, qu. 103, art. 4, ad 3, i. f. — ² Tr. 11, de Legib., cap. 4, n. 8. — ³ Loc. cit., n. 4. — ⁴ Loc. cit. - *Palau*, loc. cit., punct. 1, n. 8, cum tr. 1, disp. 2, punct. 6. - *Granado*, in 1^o 2^o, controv. 7, tr. 8, disp. 15, sect. 8, n. 24. — ⁵ Tr. 11, de Legib., cap. 4, n. 6 et 7. — ⁶ 2^o 2^o, qu. 154, art. 2, corp. - *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 1, qu. 6, art. 8, v. f. — *Quaestio incidentis*. - *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 7, n. 3 et seqq. - *Palau*, tr. 3, disp. 5, punct. 1, n. 10 et 11. — ⁷ Opusc. tom. 1, tr. 12, qu. 2. — ⁸ V. *Lex*, qu. 8 et 9, vers. *Octavo*. — ⁹ V. *Lex*, n. 4, cas. 7. - *Valent.*, in 2^o 2^o, disp. 5, qu. 6, punct. 5, § 2, cas. 8. - *Tiraquel.*, tract.

Valentia, *Tiraquellus*, *Hurtadus* et *Cardenas* apud Croix ¹⁰; *Granado*, *Henriquez*, *Castro* ac *Diana* ¹¹ apud *Salmant.* ¹¹, qui dicunt, hanc sententiam non posse negari esse satis probabilem; sicut probabilem etiam vocat *Viva* ¹² cum *Panormitanus* ^{c)}, *Ledesma* ^{c)}, *Sà* ^{c)}, — tenet quod, cessante fine adaequato, etiam privative in casu particulari, cesserat obligatio legis. Quia, ut dicunt, in quocumque casu, cessante fine legis, lex etiam cessat; et sicut, cessante fine legis in communi pro uno tempore, cessat lex, licet non cesserat pro alio: sic, cessante pro uno casu particulari, cessat lex pro illo, licet non cesserat in communi. Sic ajunt evenire etiam in legibus naturalibus; correctio enim fraterna non obligat, ubi non speratur fructus. — Idem etiam tenent *Abbas*, *Navarrus*, *Comitolus*, etc. apud *Tamburinius* ¹³. Quia (ait *Tamburinius*), sicut cessante fine in universo, cessat lex universaliter; sic cessante fine in particulari, cessat lex in particulari, cum in utroque casu aequa lex reddatur inutilis, cessante fine legis. — *Fornicatio semper est mala jure naturae*, licet in aliquo casu cessaret periculum malae educationis prolixus. Ratio, quia in fornicatione semper adest periculum magnae hallucinationis, immo in illa,

Cessante causa cessat effectus, part. 1, n. 130. - *Petr. Hurtad.*, in 2^o 2^o, disp. 74, sect. 8, § 24 et 26, i. f. - *Carden.*, *Crisis*, disp. 62, n. 40. — ¹⁰ Lib. 1, n. 867. - *Granado*, in 1^o 2^o, controv. 7, tr. 8, disp. 15, sect. 2, n. 10. - *Henrig.*, lib. 11, cap. 17, n. 2, litt. o. - *Castro*, de Lege poen., lib. 1, cap. 5, docum. 8. — ¹¹ Tr. 11, de Legib., cap. 4, n. 5. — ¹² Curs. theol. mor., de Legib., qu. 6, art. 5, n. 5. - *Abb. Panorm.*, in cap. *Quoniam contra*, de probation. n. 6. - *Navar.*, de *Judiciis*, in rubr., n. 78 et seq. - *Comitol.*, *Respons. moral.*, lib. 7, qu. 1, n. 10. — ¹³ *Decal.*, lib. 2, cap. 1, § 7, n. 38.

luisse, ut delegatus male sic uteretur potestate sua ». Unde isti auctores minus recte citantur a Salmant. (ex quibus videtur de sumpta allegatio), et potius adhaerent sententiae quam S. Alphonso tenendam esse ait.

199. - a) Haec Salmanticisium aliorumque assertio de probabili cessatione finis, coartari debet (si cum S. Alphonso consentire velimus) ad probabilitatem certam vel ad probabilitatem unicam, quae scilicet sese tenet ex ea dumtaxat parte, qua judicatur finis adaequatus cessasse, deficiente quacumque gravi probabilitate in contrarium. Si enim ex utraque parte adsit gravis probabilitas, profecto dubia erit cessatione, proindeque lex

servanda erit, juxta dicta a S. Alphonso supra, n. 27, 29 et 68.

^{b)} Diana, part. 1, tr. 10, res. 28; et part. 5, tr. 14, res. 96, huic sententiae patrocinatur; sed part. 7, tr. 10, res. 33, etsi eam satis probabilem adhuc arbitretur; fatetur tamen oppositam probabilem esse, « et forsitan » probabiliorum.

^{c)} Barthol. *Ledesma*, *Summar.*, de *Matrim.*, diff. 17; et *Sà*, v. *Lex*, n. 1, et v. *Ludus*, n. 1, huic sententiae absolute patrocinantur; et deinde *Viva* ipse (non autem cum allegatis auctoribus) eam probabilem reputat. — *Abbas Panormitanus*, a *Viva* ex *Diana* adductus, rem plane significat in cap. *Quia in*

ultra periculum malae educationis, sunt alia damna, scilicet hebetatio mentis, subjectio rationis sensui, etc. Ideoque ibi nunquam cessare potest, nec in particuli quidem, finis adaequatus; vide Viva¹. — Ac ideo non obstat auctoritas D. Thomae, in contrarium adducta a Salmant. Nam S. Doctor tantum loquitur ibi de fornicatione: quod certum est apud omnes.

Prior opinio magis placet auctori.

His tamen non obstantibus, *magis mihi arrideat prior sententia*, eo quod, communiter loquendo, fere nunquam in particuli cessat omnino periculum hallucinationis. — Si vero aliquando casus accideret, quo aliquis omnino certus et securus esset abesse omne hallucinationis periculum; tunc non auderem secundam sententiam improbare. At hujusmodi causas rarissime poterit evenire.

Utrum autem probabile sit legi posse libros prohibitos, cessante periculo et scandalo?

Affirmant ob eamdem rationem^a, Felinus, Albertinus, Mascardus, Decianus; et inclinat Laymann^b. — Sed negandum cum Palao, qui citat Toletum, Suarez, Sanchez, etc., ac Tamburinio, qui dicit quod in hoc non cessat omnino periculum, vel non cessat omnino finis prohibitionis, nec etiam in particuli; cum finis prohibitionis sit, non solum ut vitetur damnum

¹ In propos. 48 Innoc. XI, n. 9 et seqq. - S. Thom., 2^a 2^a, qu. 154, art. 2, corp. - Salmant., loc. cit., cap. 4,

Libri prohibiti, cessante periculo illicti.

insulis, de regulari, m. 3, scribens: « Quae libet dispositio debet ampliare et restringi ad limites rationis expressae, etiamsi verba non patiantur ». Sed magis expresse tenet in loco infra citando ex Tamburinio.

^a) Auctores pro hujus quae sit solutione allegati, de haereticorum dumtaxat libris disputant (quod S. Alphonsus, et recte quidem, ad quoscumque prohibitos libros extendit, cum sit eadem ratio de omnibus). Audiatur Palaus, tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, n. 8, a quo S. Alphonsus auctores mutuatus est: « An excuseris ab hoc peccato, inquit, si ad confutandos errores sine periculo perversis illos retineas? Affirmare videntur aliqui, quatenus dicunt ex hac retentione non reddi haeresis suspectum, retinente supradictos libros: sic Felin., in cap. Si quis episcopus, in fine, versic.: Pro quo infertur de haereticis. Albert., Tractat. de agnoscendis assert. cathol., qu. 28, n. 4 et 5... Decian., in Tra-

conscientiarum ex lectione pravorum librorum, sed etiam ut servetur obedientia Ecclesiae in materia tam periculosa; et ne detur ansa haereticis vel malis scriptoribus perniciosa typis demandare. Ideo bene inquit Tamburinius, nullo modo aperiendam esse januam impune legendi hujusmodi libros; etiamsi quis putet prose abesse periculum.

II. - De Interpretatione legis.

200. — Interpretatio alia est authentica, alia usualis, alia doctrinalis. — *Authentica fieri* potest, vel ab ipso legislatore, vel a suo successore, aut a superiore. *Usualis* est illa, quae ita ab usu est recepta. *Doctrinalis* autem est declaratio quaedam mentis legislatoris, quae a quocumque doctore fieri potest.

Hic dubitatur: *an declarationes quae fiunt a Pontifice vel a principe, alicujus legis, indigeant promulgatione, ut obligent?*

In hoc distinguere oportet declaratio-nes *pure tales*, ab aliis quae sunt *non pure tales*, sed potius sunt merae interpretationes. — Declarationes *pure tales* sunt, cum ab illis explicatur aliquis sensus, qui usque ab initio jam erat clare imbibitus in lege. Ex. gr., si dubium sit, an sub verbo *fili* intelligatur solus legi-

n. 6, i. f. — ^a Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 5. - Tambur., Decal. lib. 2, cap. 1, § 7, n. 41. - Tambur., loc. cit.

ctat. criminali, lib. 5, cap. 35, n. 21, versic. Limita primo, nisi confutandi gratia, et cap. 46, n. 26 et 27. Mascard., de Probat., tom. 2, concil. 862, n. 14. Ratio esse potest, quia haec retentio non favet haeresi, sed potius destruit. Haec Palaus, et re quidem vera sic tenent allegati auctores. Sed Albertinus, loc. cit. et n. 7, etiam disertis verbis docet licetum esse haereticorum libros legere ad effectum eos confutandi ac de errore convincendi. — At pergit Palaus, n. 9, affirmans: « Quocumque fine libros haeretici retineas, absque licentia illius qui illum dare potest, te incurrire censuram et suspicionem haeresis », ratione scilicet periculi; et quamvis nullum in retinente adesset periculum, « sufficit generaliter adesse venenum conservari, quod perire Ecclesia sua proibitione intendit ». Pro qua sententia Palaus adducit Toletum, lib. 1, cap. 19, n. 9; Suarez, de Fide, disp. 20, sect. 2, n. 21; Sanchez, Decal., lib. 2, cap. 10, n. 53.

Declaratio non pure talis.

Interpre-tatio quo-tu-plex.

Pure talis non est pro-mulganda.

Declaratio pure talis.

timus aut etiam spurius, et legislator declarat intelligi etiam spurium; tunc verum fit, quod sensus in lege erat clare imbibitus. — Interpretatio autem, sive declaratio *non pure talis*, est illa, cuius sensus non est clare imbibitus in lege, sed circa ipsum variae sunt opiniones, et tantum deducitur ex argumentis; v. gr., quod sub nomine *patri* intelligatur etiam *avus*, aut quod sub nomine *mori* intelligatur etiam *mors civilis*, prout est carcer perpetuus aut simile, recurrendo ad quamdam impropria significationem.

His positis, dicimus cum Suarez^a Castropala^b, Vasquez^c, Salas, Salmant., Holzmann, Lacroix^d, Suppl. Sporer^d, etc., quod declaratio sensus *clare* imbibiti in lege *non requirit promulgationem*, sed statim obligat eos omnes, qui illum noverint: cum talis declaratio non sit nova lex. — Interpretatio vero alicujus sensus, non clare, sed tantum *obscure*, sive im-

^a Salas, de Legib., disp. 21, sect. 12, n. 25, coroll. 5. - Salmant., tract. 11, capit. 3, num. 30, i. m. - Holzm., de Legi., num. 543. Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 1,

^b Item si fiat a successore.

200. — ^a) Suarez, de Legib., lib. 6, cap. 1, n. 3, scribit: « Frequenter contingere, ut haec interpretatio non sit nuda declaratio sensus prioris legis, sed mutatio etiam aliqua, vel addendo vel minuendo ». Et concludit in universum: « Ut ergo authentica sit interpretatio, oportet ut habeat omnes legis humanae conditions; atque adeo, ut sit justa, procedens a legitima potestate, sufficienter promulgata ».

^b) Castropalaus, tr. 3, disp. 5, punct. 3, § 1, n. 5, affert auctores qui negant declaratio-nes S. C. C. vim legis habere, nisi publicatae sint, et qui distinguunt declaratio-rem *pure talis* a declaratio-rem *non pure talis*. Ipse vero n. 6, concludit in universum: « Verum probabilius et securius censeo has declaratio-nes [Sacrae Congr.] vim legis habere et astringere in judicio et extra, cum authenticis de illis constat per breve Pontificis, vel per monitorium Auditoris Cameræ, vel per epistolam alicujus cardinalis, suo sigillo muniam, vel per transumptum authenticum ex registro Congregationis parte citata; quia hujusmodi publicatio videtur satis in harum legum declaratio-ne ex usu et consuetudine ».

^c) Vasquez, in Iam 2^a, disp. 177, cap. 8, n. 74, in universum videtur negare vim legis declaratio-ibus cardinalium; loquens enim de stylo curiae, scribit: « Si agamus de stylo interpretandi leges alias vel difficultates, quae quotidie in judicio occurrent, tametsi

propri imbibiti in lege, quae est declara-tio *non pure talis* (ut diximus), haec, quia habetur tamquam nova lex, ut obli-get, *necessario promulgationem requirit*, sicut omnes aliae leges; juxta dicta n. 95 et 96.

Hinc infertur cum Suarez^a et Castropala^b, (qui citat pro se Bonacina, Salas et Lorca^c), quod declaratio, quae fit a legislatore, alicujus sensus clare in lege imbibiti (juxta exemplum adductum *fili* legitimi et spurii), non requirit promul-gationem ut obliget. — Contra vero declaratio sensus obscure imbibiti (juxta exemplum avi sub nomine *patri*, vel mortis civilis sub nomine *mori*), indi-get quidem promulgatione; tunc enim ipsa novam constituit obligationem, quae per se non erat prius clare in lege imbibita.

Et idem dicunt Suarez¹ et Castropa-laus² de illis declarationibus quae fiunt

¹ punct. 8, num. 4, v. Secunda pars. - Salas, loc. cit. - ² De Legib., lib. 6, cap. 1, n. 3. - ^a Tr. 3, disp. 5, punct. 3, § 1, n. 2.

judicibus liberum sit suo judicio probabili decernere, quid sit rationi magis consentaneum, et hoc modo leges interpretari; tamen solo suo judicio et consensu non possunt inducere legem, nisi a principe aut republica decreta eorum fuerint approbata. Et ita decisiones Rotae, licet magna cum reverentia a judicibus recipiantur, tamen non sunt sicut leges omnino servandae ». Et n. 75, addit: « Approvalationem stylis et decisionum quae fiunt a judicibus... oportere expresse approbari, ut censeantur approbatae et vim legis habere ».

^a) Croix, lib. 1, n. 581; et Suppl. Sporer, Suppl. decal., cap. 1, n. 177, distinctio-nem allatam plane insinuant: « Declarations legum, ita Croix, non indigent promulgatione, quia leges ejusmodi sunt promulgatae, et tantum aperitur sensus qui ab initio inerat tali legi ». — Eodem modo et fere iisdem verbi loquitur Suppl. Sporer.

^b) Lorca, in Iam 2^a, de Legib., disp. 18, dub. append., a Palao allegatus, ut notatum est supra, nota b, loquitur de rescriptis principi-pum, quae sunt « speciales sententiae, quas in causis pronuntiant, vel responsa, quibus de dubio consulti, jura interpretantur, vel alia de cunctis ad aliquos specialiter directa et non omni populo insinuata ». Et ista quidem vim legis habere ait; sed « necessariam esse absque dubio aliquam promulgationem horum decretorum ».

non ab eodem legislatore, sed ab ejus successore aut superiore; quia legislatoris mens nequit his esse ita cognita, ut erat ipsi legislatori. Unde tunc, ut declaretur sensus (quamvis imbibitus in lege) alicujus obligationis, semper opus est recurrere ad argumenta et interpretationes, quae novam legem jam constituunt, redendo certum quod erat dubium. Et ideo promulgatio requiritur; alias declaratio nunquam *authentica*, sed tantum doctrinalis reputabitur.

Doctrinalis, quando legitima.

Interpretatio autem *doctrinalis*, quae est declaratio simplex mentis legislatoris, a quocumque doctore fieri potest; modo fiat juxta regulas et sensum a sapientibus magis receptum. Cum enim saepe dubia occurrant, nec de facili semper obtineri possint resolutions a legislatore; necesse fuit ut viris peritis haec facultas interpretandi praebetur, ut eruitur ex cap. 2, *de privil., in 6°*.

An vero possit fieri interpretatio legis, si in ea omnis interpretatio prohibetur?

Negant Salmant.^{f)} cum Reginaldo^{f)}, Henriquez^{f)}, etc. — Sed affirmant Palaus¹,

¹ Tr. 3, disp. 5, punct. 3, § 2, n. 6. — ² De Legib., disp. 21, sect. 2, n. 2, i. f. — ³ Sess. 4, decret. de edit. et usu sacrorum libror. — ⁴ Part. 1, lib. 8, cap. 2, qu. 3. — ⁵ In 1^{am} part., qu. 1, art. 10, dub. 6. — ⁶ In Trid., sess. 4, decret. cit., n. 2. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Loc. cit., n. 7. — ⁹ In Trid., sess. 25, de

Salas², Sà³. Tunc enim dicunt excludi tantum interpretationes frivolas, non autem prudentes. Idque colligunt ex Tridentino⁴, ubi prohibit fieri interpretatio S. Scripturae contra sensum quem tenet Ecclesia. Quare ajunt, quod si quis praeter consensum Patrum, non tamen illi contrarium, Scripturam interpretetur, huic tali prohibitioni non adversatur, ut dicunt Azor⁵, Bañez⁶, Barbosa⁶ et Palaus⁷. Qui tamen advertit⁸, aliquando prohiberi etiam interpretationem doctrinalem, non vero quamcumque, sed quae typis mandatur, et ex professo fit. Nam haec tantum videatur vetita a Pio IV in bulla confirmatoria Tridentini, ubi prohibitur ne quis commentarios in praefatum concilium edere audeat; quod verbum *edere*, ex consuetudine sumitur pro interpretatione typis mandata, ut dicunt Barbosa⁹, et idem Palaus cum Sà¹⁰, Rodriguez, Salas et Reginaldo. Imo ajunt Bonacina¹⁰, et Palaus¹¹ cum Suarez¹² et Salas, nec prohiberi quamlibet interpretationem typis excusam; sed eam tantum quae ex professo desumitur, non vero si unum vel alterum Tridentini decretum incidenter interpreteris.

Aliquando doctrinalis typis excusa.

Et ex professo.

Reform., cap. 2, n. 5. — ¹ Palaus, loc. cit., n. 7. — ² Rodriguez, Quæstion. regul. tom. 1, qu. 11, art. 3. — ³ Salas, de Legib., disp. 21, sect. 11, v. *Nec obstat si dictando*. — ⁴ Regin., lib. 20, n. 58. — ⁵ Disp. 1, qu. 1, punct. 8, n. 3, i. f. — ⁶ Loc. cit., n. 7, i. f. — ⁷ Salas, loc. cit., sect. 11, v. *Ad secundum*.

^{f)} Salmanticenses, si in ipsam legem interpretatione prohibeatur, non negant quamcumque interpretationem fieri posse; sed eam tantum, quae «ex professo» legi adhibeatur. Et hoc quidem exemplo Tridentini concilii, cuius interpretatio vetatur, confirmant. «Ubi nullus negabit, inquit viris in theologia aut jure canonico peritis... explicare dubium sensum bullæ aut privilegii apostolici, juxta platiorem verborum contextum; quamvis in eodem privilegio prohibetur fieri interpretatio... Sic sensus dubius concilii Tridentini a Papa petendus esset vel a Congregatione cardinalium depuratorum; et tamen ipsum interpretantur in tribunalibus judices, et in academiis lectores, pro causæ utilitate».

^{g)} Sà, v. *Interpretatio*, n. 5, negat veteri legis interpretationem, quae fiat a doctoribus vel tribunalibus «secundum doctrinam communem».

^{h)} Suarez, de Censuris, disp. 23, sect. 7, lib. 7, cap. 29, n. 4; Regin., lib. 20, n. 53. — Et re quidem vera Reginaldus, loc. cit., de solo Tridentino decreto loquitur, et negat in ea prohibitione «esse sermonem de interpretationibus quae in scholis fiunt docendo, prout ostendit usus fundatus in necessitate: siquidem sine tali interpretatione doctrina theologica vix tradi potest». — Henriquez autem: «Li-

Regulae interpretationis.

REGULÆ in interpretandis legibus sunt videlicet: 1^o. Ut attendatur *mens* sive finis intrinsecus legislatoris: hinc, si constat de mente legislatoris, huic magis standum est quam verbis legis. — 2^o. Attendenda est *ratio legis*. — 3^o. In dubio mentis legislatoris, verba legis accipienda sunt secundum *proprium sensum*, semper ac non sequatur aliquid absurdum. Sensus autem proprius potest esse naturalis, et hic accipiens est in poenalibus; potest esse etiam civilis, et hic etiam accipi potest in favorabilibus. — 4^o. Ut in dubio fiat interpretatio *pro valore actus*. — 5^o. Quod lex in *favorabilibus* amplietur, restringatur in *odiosis*. Quando vero leges sint favorabiles, quando odiosae, primarium motivum legis attendendum est. — Vide Salmant.¹

Juxta alios non exten-
dit.

Quaeritur hic: an lex extendi debeat de casu ad casum, ob identitatem rationis?
— Si non currit eadem, sed tantum *similis* ratio, communiter docentes doctores non esse faciendam extensionem, nisi casus exprimatur in lege tantum causa exempli; puta si lex imponat poenam contra furantes centum aureos, certe comprehendit etiam furantes rem ejusdem valoris.

Dubium fit: an fieri debeat extensio, quando occurrit pro alio casu non tantum similis, sed eadem adaequata ratio?

Prima sententia affirmat, ex illo trito dicto: *Ubi eadem est ratio, ibi eadem currit legis dispositio*². Et hanc tenent Laymann³, Roncaglia⁴ et Salmant.⁵ cum Suarez⁶, Granado⁷, Tapia⁸ et communi, ut asserunt: Ratio, quia mens legislatoris colligitur ex legis ratione, quae

¹ Tr. 11, de Legib., cap. 4, a. n. 24 ad 31. — ² Ex 1. Illud 32, ff. Ad legem Aquiliam; et ex cap. *Inter corpora* 2, de translat. episcopi. — ³ Tr. 3, de Legib., qu. 4, cap. 2, quaer. 4, resp. 2. — ⁴ Tr. 3, disp. 5, punct. 3, § 4, n. 2. — ⁵ Disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 8, n. 26. — ⁶ Tr. 1, disp. 2, qu. 1, cap. 3, quaer. 5. — ⁷ Palaus, tr. 3, disp. 5,

⁸ Laymann, lib. 1, tr. 4, cap. 18, n. 9, hanc sententiam tenet de lege favorabili vel saltem non odiosa; in lege vero poenali, correctoria, exorbitante, odiosa, negat interpretationem ultra verborum proprietatem, ob rationis identitatem, fieri debere, «nisi necessitas cogat, ut quia alioquin iniquitas, jurium contradictione, aliudve absurdum securum est».

Concilian- tur opinio- nes.

⁹ Salmanticenses, tr. 11, de Legib., cap. 4, n. 34, de sola lege praecepsiva hoc affirmant; in quo Tapia, tom. 1, lib. 4, qu. 17, art. 4, n. 6 cum Salmant. consentit. — Suarez vero, de Legib., lib. 6, cap. 3, n. 16; et cap. 4, n. 2; et Granado, in 1^{am} 2^{ae}, controv. 7, tr. 3, disp. 14, n. 6, sententiam hanc tenent, non solum de praecepsiva, sed etiam de poenali et odiosa lege.

¹⁰ Extendi- tur in cor- relativis,

absit¹; sic etiam sponsus. Item, si uxor potest communicare cum viro excommunicato²; ita etiam vir. — 2º In *aequparatis*, ut sunt electio, praesentatio, provisio ad beneficium. — 3º In *connexis*, ut sunt diaconus et subdiaconus. — 4º In *contentis*, ut sunt vicarius episcopi et vicarius capitularis sede vacante; filia et neptis. — In his convenienter omnes, etiamsi lex sit penalista aut correctoria.

Odia restringi, etc;
quando procedat.

Frequen-
tius exten-
ditur ad mi-
nus fre-
quentes.

Judex de-
bet exten-
dere ex si-
mili ratio-
ne.

Regulam autem juris³: *Odia restringi, et favores convenienti ampliari*, recte dicunt Suarez⁴, et Bonacina⁵ cum Menochio⁶, procedere, quando dispositio legis extenditur ex interpretatione *congruitatis*, ut ajunt; non autem, quando extendi debet ex interpretatione *necessitatis*, quae dicitur potius adaequata. interpretatio legis, quam extensio.

Advertunt autem 1º Sanchez⁷ et Mazzotta⁸, quod si lex decernat aliquid causa frequentioris usus, ipsa etiam comprehendit casum minus frequenter. Et ideo lex S. Pii V, permittens monialibus egressum propter incendium, et lepram, aut epidemiam, extenditur etiam ad ruinam domus, inundationem et invasionem hostium; ut communiter doctores docere ait Mazzotta⁹. — Advertunt 2º Laymann¹⁰ et Palaus¹¹, quod judices, ex similitudine rationis, tenentur legem ad alios casus extendere; quia ipsi, quantum fieri potest, legibus debent conformari¹². Cum in aliqua

causa, sententia earum (nempe legum, ut supra exprimitur) manifesta est; is qui jurisdictioni praeest, ad similia procedere debet.

III. - De Episkeja legis.

201. — Episkeja, seu epikia, est exceptio casus ob circumstantias, ex quibus certo vel saltem probabiliter judicatur, legislatorem noluisse illum casum sub lege comprehendendi. — Salmant.¹³ cum Palao et Martinez.

Haec episkeja non solum locum habet in legibus humanis, sed etiam in *natura libus*, ubi actio possit ex circumstantiis a malitia denudari. — Salmant.¹⁴

Ut tamen detur locus episkeiae, non solum debet lex cessare in casu particulare negative, quia nimis deficiet tunc finis legis; sed debet cessare *contrarie*, nempe, quod lex reddatur damnosa vel nimis onerosa: quare potest negari ensis depositus domino, si ille sit abusurus. Ita Salmant.¹⁵ cum S. Thoma. — Sufficit autem, si aliter lex redderetur *nimiris dura*. Salmant.¹⁶ cum Arauxo¹⁷, Gordon, etc. Hinc excusat ab auditione sacri, qui timet notabilem jacturam bonorum. Et etiam excusat ab observatione festi, qui alter amittere cogitur magnum lucrum; ut Suarez et Palaus apud Salmant.¹⁸ — Et super hoc vide dicenda. *Lib. III*, n. 301.

Episkeja
quid.

Quando
locum ha-
beat in lege
naturali.

Lex debet
cessare con-
trarie,

vel esse ni-
mis dura.

¹ Ex cap. *De illis 5*, de sponsalib. — ² Ex can. *Quoniam multos 103*, caus. 11, qu. 3. — ³ Reg. 15, de reg. iuri, in 6º. — ⁴ De Matr., lib. 8, disp. 20, n. 3. — ⁵ Tr. 1, disp. 2, qu. 1, cap. 3, quaer. 5, v. *Quarto*. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Lib. 1, tr. 4, cap. 18, n. 11. — ⁸ Tr. 3, disp. 5, punct. 3, § 4, n. 14. — ⁹ Juxta 1. *Non possunt 12*, ff. de Legib. — ¹⁰ Tr. 11, de Legib., cap. 4, n. 41. — *Palaus*, loc. cit., punct. 3, § 2,

n. 4. — *Greg. Martinez*, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 96, art. 6, dub. 3, v. *Secundo notandum*. — ¹¹ Tr. 11, de Legib., cap. 4, n. 42 et 43. — ¹² Loc. cit., num. 44. — *S. Thom.*, 2^a 2^{ae}, qu. 120, art. 1. — ¹³ Loc. cit., num. 45. — *Gordon*, lib. 2, qu. 12, num. 10. — *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 7, num. 14. — *Palaus*, loc. cit., § 2, num. 3. — ¹⁴ Tr. 11, de Legib., cap. 4, num. 45, i. f.

^{k)} Suarez, *de Legib.*, lib. 6, cap. 4, n. 3, sic utique interpretatur in universum «generales illas regulas de non ampliandis legibus penalibus». — Et ita etiam Bonacina, *disp. 1, qu. 1, punct. 8*, n. 27, interpretatur regulam 49, quae sic sonat «In poenis benignior est interpretatio facienda». — Menochius vero, quem Bonacina pro se adducit,

haec dumtaxat, *de Praesumpt.*, lib. 4, *praes. 89*, n. 37, scribit: «Imo et in exorbitantibus permissa est extensio ex identitate rationis».

^{201.} — ^{a)} Arauxo, *in Iam 2^{ae}*, qu. 97, *disp. 3, sect. 7, diff. 3*, a Salmant utique hic allegatur, sed n. 42, non aliud habet quam: locum dari episkeiae, quando lex nociva esset bono communi vel privato.